


um

MH  
102.1  
W42







QVOD  
DEVS TER OPTIMVS MAXIMVS  
PVBLICAE REI LITIERARIAE ACADEMIAE ET FACVLTATI NOSTRAE FELIX FAVSTVMQVE  
ESSE IVBEAT!

AVCTORITATE CAESAREA

ET SVMMIS SVB AVSPICIIS

AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI REGIS AC DOMINI

DOMINI GVSTAVI III.

SVECORVM GOTHORVM VANDALORVMQVE REGIS ETC. ETC. ETC.

NORVEGIAE HAEREDIS HOLSATIAE DVCIS ETC. ETC.

REGIS AC DOMINI MEI LONGE CLEMENTISSIMI

LIBERALITER INDVLGENTE

CANCELLARIO ACADEMIAE NOSTRAE MAGNIFICENTISSIMO

CELSISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO WILHELMO

PRINCIPE DE HESSENSTEIN

SACRAE REGIAE MAIESTATIS ET REGNI SVECICI SENATORE EMINENTISSIMO

POMERANIAE SVECICAE ET RVGIAE PRO - PRINCIPE

SVPREMO EXERCITVS SVECICI DVCE

OMNIVM ORDINVM REGIORVM COMMENDATORE ET EQVITE AVRATO

ETC. ETC.

ILLVSTREM EIVS PERSONAM REPRESENTANTE

PRO - CANCELLARIO MAGNIFICO ET PERPETVO

DOMINO BERNHARDO FRIDERICO QVISTORP

S. S. THEOLOGIAE DOCTORE ET PROFESSORE PRIMARIO CONSISTORII REGII PRAESIDE ECCLESIAE PER

POMERANIAM SVECICAM ET RVGIAM SVPERINTENDENTE GENERALI ACADEMIAE GRYPHISWALDENSIS

CVRATORE

FASCES ACADEMICOS TENENTE

VIRO MAGNIFICO

DOMINO THOMA HENRICO GADEBVSCH

IVRIS PVBLICI IMPERII ET POMERANICI PROFESSORE REGIO ORDINARIO

H. A. COMITE PALATINO CAESAREO

EGO

CHRISTIANVS EHRENFRIED WEIGEL

PHILOSOPHIAE ET MEDICINAE DOCTOR CHEMIAE ET PHARMACIAE PROFESSOR REGIVS ORDINARIVS REGII COLLEGII SANITATIS ASSESSOR

ACADEMIAE ELECTORALIS MOGVNTINAE SCIENTIARVM VTILIVM QVAE ERFORDII EST SOCIETATIS NATVRAE SCRUTATORVM BERO-

LINENSIS PHYSIOGRAPHICAE LVNDINENSIS ET PHYSICAE HALENSIS SODALIS FACVLTATIS MEDICAE

H. A. DECANVS

EX IPSIVS GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE VOLVNTATE ET DECRETO

VIRVM PRAENOBILISSIMVM DOCTISSIMVM

DOMINVM CLAVDIVM FRIDERICVM HORNSTEDT

SOCIETATIS INDICAE BATAVICAE MEMBRVM

MEDICINAE CANDIDATVM DIGNISSIMVM

OSTRO - GOTHVM

TENTAMINIBVS ET EXAMINIBVS RIGOROSIS CVM LAVDE SVPERATIS

NEC NON

POST EXHIBITA ORBI LITTERATO ERVDITIONIS SPECIMINA

DIE VII. SEPTEMBRIS MDCCLXXXVI IN AVDITORIO MAIORI

DOCTOREM MEDICINAE

CREABO DECLARABO RENVNTIABO PROCLAMABO

EIQVE DOCTORALIA PRIVILEGIA IMMVNITATES ET DIGNITATES PVBLICE CONFERAM.

AD CIVIS ACTVS FESTIVITATEM ET SOLEMNIA

MAGNIFICVM DOMINVM PRO - CANCELLARIVM MAGNIFICVM ACADEMIAE DOMINVM RECTOREM

GENEROSISSIMVM REGII DICASTERII DOMINVM DIRECTOREM VTRIVSQVE COLLEGII PROCERES

VRBIS ET SACRI ORDINIS PATRES HOSPITES AC CIVES ACADEMICOS

GENEROSOS NOBILISSIMOS

EA QVA DECET OBSERVANTIA INVITO.

P. P. GRYPHIAE DOMINICA XII POST FESTVM S. S. TRINITATIS MDCCLXXXVI. SVB SIGILLO FACVLTATIS MEDICAE.

LITTERIS A. F. ROSE REG. ACAD. TYPOGR.

DAY 2  
MAY 19 1900

AMERICA

REPUBLICAN

DOMINO

REPUBLICAN PARTY  
MAY 19 1900

REPUBLICAN  
MAY 19 1900

DOMINO

FRANCIS

REPUBLICAN PARTY  
MAY 19 1900

REPUBLICAN PARTY  
MAY 19 1900

REPUBLICAN PARTY  
MAY 19 1900



#  
P R O G R A M M A

Q V O

CHRIST. EHRENF. WEIGEL

PHIL. ET MED. DOCT. CHEM. ET PHARM. PROF. REG. ORD. REG. COL-  
LEG. SANIT. ASSESS. ACAD. ELECT. MOGVNT. SCIENT. VTIL. SOCIET.  
BEROL. NAT. SCRVTAT. PHYSIOGRAPH. LVNDIN. ET PHYS.  
HALENS. SODALIS FACVLTV. MEDICAE  
P. T. DECANVS

DISSERTATIONEM INAUGVRALEM

VIRI PRAENOBILISSIMI AC DOCTISSIMI

CLAVD. FRID. HORNSTEDT

SOC. IND. BATAV. SODALIS  
MEDICINAE CANDIDATI DIGNISSIMI  
OSTROGOTHI,

Q V A

FRUCTVS IAVAE ESCVLENTI

EORVMQVE

VSVS CVM DIAETETICVS TVM MEDICVS

EXHIBENTVR,

P R O

GRADV DOCTORIS MEDICINAE

DIE VII SEPTEMBR. ANNI MDCCLXXXVI

PVBlice DEFENDENDAM INDICIT

SIMVLQVE

DE OLEIS CAMPHORAE

QVAEDAM DISSERIT.

---

GRYPHIAE

LITTERIS ANT. FERD. RÓSE, REG. ACAD. TYFOGR.

Jan. 1910  
21622

RECEIVED

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

WASHINGTON, D. C.

JAN 19 1910

RECEIVED

WASHINGTON, D. C.

DEPARTMENT OF THE INTERIOR

WASHINGTON, D. C.

JAN 19 1910

RECEIVED

WASHINGTON, D. C.

RECEIVED  
DEPARTMENT OF THE INTERIOR  
WASHINGTON, D. C.

JAN 19 1910





## I.

**O**lei *Camphorae* nomine plura veniunt liquida, satis diversa, partim solutione, vel liquatione, Camphorae praeparanda, partim decompositione eiusdem, vt videtur, elicienda, partim vero cum illa ipsa obtinenda, de quibus pauca quaedam, quantum quidem angusti prolusionis limites permittent, exponere animus est.

## II.

Ad priorem classem pertinent, quae Camphoram solutam continent olea, vtp plurimum vnguinosa, quamuis rarius tantum Camphorae olea dici soleant et saepius sub aliis occurrant nominibus. Talia sunt: *Essentia Camphorae alexiteria*, (a) *Oleum bezoardicum* a WEDELIO in febribus malignis et inflammatoriis laudatum (b) inde in officinas receptum (c) et saepe ab illo

A 2

illo

(a) ANDR. TENTZEL. *Exeges. chymiatr.* in ANG. SALAE *Opp.* Frft. 1647. 4. p. 683. GOTHOF. MOEBII. *Anat. Camphorae* Ien. 1660. 4. p. 42; SCHRÖDER. *Thes. pharm.* Vlm. 1662. 4. L. IV. p. 192. e Camphora, oleo amygd. dulc. soluta, addito spiritu vini crocato, iterumque ex parte abstracto.

(b) *Pharm. acroamat.* Ien. 1686 4. p. 370; e camphora triplo vel quadruplo olei amygd. dulc. soluta, addito momento olei citri et tinctura alkannae; pro vsu externo itidem addito oleo amygd. amar. et pinguedine viperarum commendatur.

(c) *Disp. Brand.* v. g. Ed. Erf. 1734 et 1758. fol. p. 120. (nam in prima anni 1698 et recentissima anni 1781. 4. deficit) SCHVLZ *Praelect.* in idem. Ed. II. p. 353. *Pharm. Wirtemb.* Ed. 1750 (teste SCHVLZIO) 1771. fol. *Pharm. Ratisb. Prag.* TRILLER *Disp. univ.* T. II. p. 429. *Pharm. Helvet.* Basil. 1771. fol. p. 148. *Disp. Brunsvic.* Brunsv. 1777. 4. p. 282. (omissa Alkanna et oleo Menthae loco citrini addito.) SPIELMANN *Pharm. general.* Argent. 1783. 4. p. 230. PFINGSTEN *deutsch Dispens.* Frft. u. Leipz. 1783. p. 630.

illo cognominatum (*d*) quod vero ROLFINKIO potius tribuerunt BARNERVS (*e*) et SPIELMANNVS (*f*); *Oleum Camphorae* per solutionem in oleo expresso paratum, (*g*) vel pro vsu externo, (*h*) *otalgicum*, (*i*), *vulnerarium*, (*k*) et *camphoratum*, (*l*) forsan et antiquius *Oleum Camphorae* HARTMANNI (*m*) a *Quinta Essentia Camphorae* KHUNRATHI (*n*) non valde diversum et aliud eiusdem cum vitello ovorum parandum (*o*).

## Aliud

- (*d*) *Pharm. et Disp.* sub *c.* citata omnia, excepto Brunsvicensi.
- (*e*) *Chym. philos.* Norimb. 1689. 8. p. 331; qui hoc Rolfincii oleum, e Camphorae part. 2. et ol. amygd. p. 3. paratum, iam meram solutionem esse declaravit.
- (*f*) *Instit. Mat. Med.* Arg. 1774. 8. p. 312.
- (*g*) NEUMANN. *Chym. Ed.* KESSEL. T. II. P. I. Cap. 30. §. 58. 1. — ZIMMERMANN. *Grundf. d. Chym.* Dresd. 1755. 4. p. 566. cum oleo amygd. vel oliuarum.
- (*h*) *Pharm. Austr. Vienn.* Vindob. 1770. fol. p. 101. cum ol. amygd. dulc.
- (*i*) *Disp. Brand.* Ed. IV. Erf. 1758. e Camph. oleis Amygd. amar. Pap. alb. Philos. et Anthos soluta.
- (*k*) *Disp. Brand.* Ed. cit. e Camph. et Aloe, oleis Lini, Ceræ ac Momordicæ, solutis.
- (*l*) *Pharm. Edimb.* (Brem. 1776. 8. p. 79.) quadruplo olei oliv. soluendo; *Neu verbess. Disp. Tb.* II. (Hamb. 1772. 8.) p. 190. e Ph. Edimb. sed cum duplo ol amygd. vel lini. *Pharm. Dan.* (Haun. 1772. 4.) p. 203. cum quadruplo ol. amygd. dulc. = SCHLEGEL *deutsch Apoth. Buch.* (Goth. 1776. 8.) p. 238-9. *Pharm. Suec.* (Holm. 1775. 8.) p. 137. cum 2plo ol. lini vel oliv. aut amygd. *Ed. alt.* (Holm. 1779. 8.) p. 93. cum 2plo ol. oliu. vel lini.
- (*m*) De Oleis destillat. post. *Ei Prax. chymiatr.* (Frft. 1634. 8.) p. 432. Camph. oleo amygd. soluendo, spiritum vini addendo et iterum abstrahendo; nisi spiritum abstractum voluerit.
- (*n*) *Medull. Distill.* (german.) 1598. 4. fol. 90. pag. post. scil. duplo ol. amygd. dulc. soluit Camphoram, ast superfusum spiritum vini decantare et tunc abstrahere iussit, ad relinquendam sibi dictam Essentiam.
- (*o*) I. c. MOEB. I. c. p. 46. scil. cum aequali vitellorum oui ad duritiem coctorum portione digerendo, calideque per pannum e lana confectum exprimendo, affusoque spiritu vini separando, nisi per hunc maxima Camphorae solutae parte iterum orbetur.

Aliud sibi dictum *Oleum Camphorae*, ovi cocti albumini inclusae, per deliquium parare docuit citatus KHUNRATH (p) quod tamen tractu temporis iterum in Camphoram mutari monuit MOEBIVS (q) quin et solutio Camphorae in Essentia fucini saturata quibusdam *Oleum Camphorae aureum* audiuerit (r).

## III.

Liquari potius, quam solui, acidis concentratis (s) videtur Camphora, cum diluta minus sufficiant et aqua admixta Camphoram secedentem restituat. Potissimum inter haec connubia vnio cum acido nitroso est consideranda, cuius pars cum Camphora in supernatantem fecedit liquorem, quem sub nomine *Olei Camphorae*, tanquam vsitatum in vulneribus remedium externum, parare docuit LEMERY (t) fere anatico pondere, ab assumpto acido dicto, magis tamen quod e Camphora cruda obtineatur, augeri addidit (v) ac minus acido, quam particulis igneis dicti acidi, liquari putauit, ast aquae infusum Camphoram regeneratam reddere monuit (x), (laxioris par-

A 3 tium

(p) l. c. „*Campher - Oell ohne Distillation zu machen*“.

(q) l. c. p. 46.

(r) NEUM. l. c. §. 60. ZIMMERM. l. c. p. 567-8.

(s) *Du Camphre*. Par M. LEMERY; in *Mem. de l'Ac. R. des Sc. a Paris*. Ann. 1705. = *Vom Campher*. Von Hrn. LEMERY; in *Der Kön. Akad. d. Wiss zu Paris anat. chym. u. botan. Abhandl. Th. II.* — von W. B. A. von STEINWEHR. p. 490-502. HOFFM. *Oßf. pb. chym.* p. 33. NEUM. l. c. §. 47-53. ZIMMERM. l. c. p. 562-5. *Dict. de Chym. par M. MACQUER*. Ed. II. T. I. p. 288-9. Hrn. MACQUERS *chym. Wörterb.* — verm. von I. G. LEONHARDI. *Tb. III.* p. 128-9. D. A. I. F. KOSEGARTEN *Diss. de Camphora* — Goett. 1785. 4. §. XXXI - XXXV.

(t) *Cours de Chym.* Chap. XXII. p. m. (Ed. V. 1683. 8.) 479-80. = *Vollk. Chymist.* — (a. d. neunt. Edit. überf. Dresd. 1698. 8.) p. 253. cum duplo spiritus nitri; in *El. Pharmacopée universelle* (4 Ed. a la Haye 1729. 4.) tamen receptum non reperio.

(v) *Aët. Parif.* l. c. vers. STEINW. p. 498.

(x) *Ibid.* vers. cit. p. 499.



tium producti olei constituti uorum nexus argumento, (y) inventor habitus, ut ab illo hoc sic dictum *Oleum Camphorae*, etiam passim in officinas et Systemata Chemiae receptum, (z) cognominaretur, (a) quamuis iam prius a KHUNRATH (b) HARTMANNO (b\*) MOEBIO (c) et SCHROEDERO (d) fuerit memoratum, quin adeo PARACELSVS illud nouisse, modo destillationem cum spiritu vini addidisse, videatur (e) uti cum oleo succini destillando postea unitum *Oleum Camphorae succineum* dedit (f).

## IV.

Decompositioni contra cuidam, nisi et hic accedenti igni aliquid tribuendum, deberi videtur aliud *Oleum Camphorae*, quod

- (y) Sic et destillatione sublimatam secedere Camphoram vidit Cél. DURANDE (*Elemens de Chym.* — T. III. a Dijon 1778. 12. p. 366 = *Anfangsgr. d. Chem.* — von Hrn. de MORVEAU, MARET u. DURANDE. B. III. Leipz. 1780. 8. p. 273.) portionem vero subtilis olei specie sic obtinuit Cl. KOSEGARTEN (*Dist. cit. §. LI.*) spiritu nitri dephlogificato vsus, quamuis spiritu vini solutum, addita aqua, camphoram cum restitueret, solutam tantummodo neque mutatam censet (ib. §. LIV.)
- (z) LE MORT. *Chym. Med. phys.* (post *El. Chym. ver. nob. L. B.* 1696. 4.) p. 156. *Pharm. Batean.* p. m. (Ed. Frft. 1702. 12.) 121. cum duplo spiritus nitri; *Cod. Med. Paris.* (Paris 1748. 4.) p. 225, simili proportione; NEUM. *Chym. l. c. §. 58. 2.* = ZIMMERM. l. c. p. 566. inter vsitatiora refert; SCHULZ *Praelect. in Disp. Brand.* Ed. II. Nor. 1753. 8. p. 355. in carie ossium eximium laudat. *Pharm. Dan.* p. 199. = SCHLEGEL *deutsch Apoth. Buch.* p. 234. *Nouv. Dict. de Med. & Chir.* T. I. a Paris 1772. 8. p. 499-500 itidem cum duplo spir. nitri; SPIELM. *Pharm. gen.* p. 230. *Camph. part. 2 et Spir. nitri p. 3*; PFINGSTEN *deutsch. Disp.* p. 360-1 pari, ac SPIELM. proportione.
- (a) SPIELM. l. c. (not. z.)
- (b) *Med. distill.* (german.) Hamb. 1638. 4. (P. I.) p. 343-4.
- (b\*) In Not. ad BEGUIN. *Tyro. chym.* in *Opp.* Frft. ad M. 1690. fol. p. 31. post TURNEISSERUM et HUSERUM ope aquae fortis ex nitro et alumine paratae; separatam oleum Camphorae flauum cum aliis aethereis et calce solis, ad obtinendum aurum potabile, miscere docet.
- (c) *Anat. Campb.* p. 47.
- (d) *Thef. pharm.* (Ed. Vlm. 1662. 4. L. IV. p. 192.) e KHUNR.
- (e) MOEB. l. c.
- (f) SCHROED. *Thef. pharm.* (Ed. cit. p. 191.) ex commun. GE. HORST.

quod solo calore e Camphora sola, (g) vel cum argilla quadam, (h) destillata obtineri legitur, quorum posterius a SEN-  
NERTO

(g) *New gross. Distillierbüch.* — GÜALTHERI H. RYFF. (Frft. 1556. fol.) fol. CXC. *Das vierdt Hundert schöner auserlesener chym. Proceß — durch THOM. KESLERN. Strasb. 1632. 8. p. 64. in vase circulatorio; HARTM. de ol. destill. post EI. Prax. chymiatr. Frft. 1634. 8. p. 472. vitrum Camphoram continens pani calido includendo; MOEB. Anat. Campb. p. 43. (cf. p. 47.) e KESLERO et p. 47. e HARTM. SCHROED. Thes. ph. Ed. cit. Lib. IV. p. 192. e KESL.*

(b) KHUNR. *Med. dist.* (1598. 4.) fol. 90. cum triplo argillae figulinae miscendo, in globulos redigendo, destillando et oleum obtentum e balneo rectificando. SENNERT. *Instit. Med.* (primum edit. 1620.) p. m. (Ed. Witteb. 1644. 4.) 1374. vti KHUNR. modo cum 6plo argillae. KESLER l. c. p. 63. (1. Modus) cum triplo boli, vel pumicis; HARTM. *Prax. chym.* (Lipf. 1633. 4. p. 44. Ed. Frft. 1634. 8. p. 77.) sub nomine *Olei Camphorae veri*, cum sextuplo argillae eliciendo ac postea cum spiritu vini iterum destillando et transeunti innatans separando; vt et Camphoram spiritu vitrioli antepileptico (ex vitriolo et vrina destillato; vid. OSW. CROLLII *Basil. chym. auct. a IO. HARTMANNO. Genev. 1658. 8. p. 228.*) lenis caloris ope solutam et sub forma olei innatantem cum terza figillata destillando; MOEB. *Anat. Campb.* p. 43-44. cum argill. albiss. bolo arm. pumice, ossibus calcinatis, vel Cornu cerui Calcinato: quae non mutata ascendat, denuo cum simili additamento destillando; *Pharm. August.* Mantiss. (primum product. 1640.) Ed. Roterod. 1653. 8. p. 768. — *Pharm. Aug. renov.* Aug. V. 1694. fol. p. 310. cum triplo argillae, a phlegmate simul transeunte separandum; ANG. SALAE *Hydrael. Sect. II. Cap. XIII. in Opp.* Frft. 1647. 4. p. 77. (*Oleum Caphurae*) cum 3plo lut. figulini arena praeparati; ANDR. TENTZELII *Exeg. chymiatr. ib.* p. 675. (*Oleum Camphorae*) cum argilla purificata et postea per spir. vini rectificando; SCHROED. *Thes. ph.* (Ed. Vlm. 1662. 4.) Lib. IV. p. 190. e SENNERT. SALA, TENTZEL. vt et postea cum Spir. vini destillando et addita aqua separando, ex commun. IO. CASP. SPAR; BARNER. *Chym. philof.* Norib. 1689. 8. p. 330. cum triplo arenae, vel boli; *Pharm. Ba-teana* p. m. (Frft. ad M. 1702. 12.) 12 F. cum 3plo argillae; MANGET. *Bibl. pharm.* T. II. p. 476. e SENNERTO, et p. 481. cum 3plo argillae, quamvis T. I. p. 461. cum LUDOV. (*pharm.*) aliisque negauerit verum dari Camphorae oleum et a MOEBIO recensitos processus omnes, quos videre licuerit, nullum, quod non in substantiam camphorae (aceto, vel aqua) redigi queat, oleum obtulisse asseruerit; *Pharm. Argent.* (Argent. 1725. fol. p. 116.) quoque cum 3plo argillae, (in Ed. 1757. omissum) *Pharm. Wirtomb.* Stuttg. 1741. fol. p. 243. — Edit. 1771. fol. p. 130. sub nom. *Olei Camphorae liquidi et butyracei*: cum quadruplo boli, vel alius argillae destillando, liquidum cum phlegmate acidulo in excipulum transire, butyraceum in sine in collum retortae sublimari;

*Dispr.*

NERTO cognominatum (i) et ROLFINKIO adscriptum (k) reperitur, aut iam antea a KHUNRATHIO est memoratum (l). Ab hoc parum differre existimaui, quod spiritus vini (m) vel salis alcalici fixi (n) ope elicere iusserunt quidam, cum prior ante liquationem Camphorae transire et e posteriori nil addi videatur. Quod vero praeuia solutione in oleo quodam (o), addito

*Disp. Brand. Erf. 1747. fol.* (nam priores editiones non habent; cf. SCHULZ *Praelect.* Ed. alt. Nor. 1753. 8. p. 354.) et Erf. 1758 fol. p. 121. cum 6plo argillae; (in recentissima Edit. Berol. 1781. 4. omisum.) NEUM. *Chym. Ed. KESS. T. II. P. I. Cap. 30. §. 59.* = ZIMMERM. *Grundf. p. 566:* cum tripla vel pluri bolo, aut alia argilla; TRILLER. *Disp. vniu. T. II. (Frft. ad M. 1764. 4.) p. 430* e Pharm. Wirt. WALLBAUM. *Ind. Pharm. compl. Tb. II. Leipz. 1769. fol. p. 43.* (*Oleum Camphorae*) ex Pharm. Wirt. inter selectiora distinctum; *Disp. Austr. Vienn. Vindob. 1770. fol. p. 101.* cum triplo argillae; a phlegmate simul descendente separandum; *Pharm. Helvet. Basil 1771. fol. p. 141.* secundum Pharm. Wirt. *Disp. Brunsv. 1777. 4. p. 289.* cum 4plo boli, vel argillae: oleum limpidum transiturum et butyraceum sublimandum etiam monens.

(i) *Pharm. Aug. SCHROED. Thes. l. c.* (vid. Not. b.) MANGET *Bibl. pb. T. II. p. 476.*

(k) SPIELM. *Inst. Mat. Med. p. 312.*

(l) vid. Not. b.

(m) KESLER l. c. (4 Mod.) Spiritum vini abstrahendo et residuum aucto igne cogendo, donec oleum limpidum ascendat; SCHROED. *Arzenei. Schatz.* (Frft. et Lipf. 1718. fol. p. 1203.) Spir. vini part. 12 cum Camph. p. 3. et Salis Absinth. p. 2. septies cohobando; a quo parum recedit ibidem descriptum, a LE MORT. (*Collec. Leid.*) mutuatum, *Elixir camphorae* modo quod proportio differat oleique Caryophylli et Anisi guttulae addantur, a LE MORT. (*Chym. cit. p. 156*) aliter praescriptum, vt scil. camphora 10plo Alcoholis solueretur, destillaretur, elicitus spiritus quater vel quinque cohobaretur, dein cum Croco, Opio et aromatibus digeretur. *Disp. Brand. 1734. fol.* (in prima edit. Berol. 1693 deficit.) p. 125 et Ed. Erf. 1758. fol. p. 120: cum dimidia parte spiritus vini, antea cum albumine ovorum destillati, destillando (cf. SCHULZ. *Praelect.* Nor. 1736. 8. p. 301. NEUM. *Chym. l. c. §. 59.* omniuum maxime ridendum censens.)

(n) KESLER l. c. p. 63. (2 Mod.) eum oleo tart. per deliq. et Talco destillando, vt triplex liquor diuersus transiret; MOEB. l. c. p. 44. secundum KESLERUM.

(o) HARTM. vid. §. II. not. m. SCHROED. *Thes. cit. L. IV. p. 192.* cum duplo spir. Therebinth. bis cohobando. LEMERY in *Act. Paris. vers. cit.*



addito infuper fale alcalico, (p) vel etiam cum fapone, (q) aut alio oleum largituro additamento, lacte fcilicet, (r) aut facho, (s) defpillare docuerunt quidam, mixtae indolis effe videtur, Camphorae fcilicet oleum, quale per fe illa largitur, empyreumatico additamenti combinatum.

Quod denique, Camphoram cum acido vitriolico defpillando, obtinuerit LE GENDRE (t) oleum fubtiliffimum, aetheri  
ri

cit. p. 497. quadruplo olei therebinth. folutum defpillando et Curs. Chym. Ed. XI. (faltem in *Courfe of Chymiftry*, — by NIC. LEMERY; *the fourth Edit. tranflat. from the Elvenb Edit.* Lond. 1700 8. p. 454 *An other Oil of Camphire*) e Camph. p. 2. et olei thereb. aetheri p. 11. NEUM. l. c. § 59. 2. = ZIMMERM. l. c. p. 567: Oleis Camphorae compositis accenfens, omnem vero Camphoram cum difto oleo tranfire, contra LEMERYVM, negans. Oleum oliuarum dum adhiberetur, Camphora ante tranfitum olei afcenfit LEM. l. c.

(p) HARTM. *de Ol. defpill. poft El. Prax. Chym.* (Frft. 1634. 8.) p. 472-3. ac 573-4. cum ol. thereb. vel anygd. et fal abfinth. iterato abftrahendo. MOEB. *Anat. Camph.* p. 45 ex HARTM. SCHROED. *Thef.* cit. Lib. IV. p. 192. An idem cum Oleo Camphorae composito, ex oleo caryophyllum et fale abfinthii facto, quod ad finem Tyrocinii (Beguiniani) adiunctum citat HARTM. in *Prax. Chym.* Ed. 1733. p. 225. Ed. 1734. 8. p. 397. ibi vero, faltem in OPP. EI., non inueniendum, nifi citatum in Nota (b\*) aurum potabile velis.

(q) SCHROED. *Arzeneyfchatz* (3 *Ausg. Frft. u. Leipz.* 1718. fol. p. 1203. Not) NEUM. l. c. § 59. 3. = ZIMMERM. l. c. p. 567. defpillando, cohobando et rectificando: compositis accenfens, fub nomine *Olei Camphorae arthritici*.

(r) KHUNR. *Med. diftill.* (1598. 4. fol. 90. et Ed. Hamb. 1638. 4. P. I. p. 343.) cum Sale communi, fale tartari et lacte digerendo, additis facibus vini maluatici defpillando, fiquae placeat, cum fpiritu vini rectificando; inde in MOEB. *Anat. Camph.* p. 45. SCHROED. *Thef.* cit. p. 191. (hic cum vino maluatico, omiffo lacte, vt facile merum oleum Camphorae empyreumaticum fit cenfendum.)

(s) KHUNR. *Med. dift.* Hamb. 1638. 4. P. I. p. 343. nam in priori editioe deficit.

(t) *Iourn. de Med.* — par M. ROUX. Ann. 1771. T. 36. p. 247. vid. *Comm. Lips.* Vol. XX. p. 400. MACQU. *Wörterb. Th.* III. p. 128. (not. LEONH.)

ri analogum, et Cl. KOSEGARTEN (v) ab aqua non mutandum, adeoque post solutionem in spiritu vini per illam separatam olei formam retinens, odore penetranti ad oleum succini accedens, id facile aliarum naphtharum artificialium instar productum esse et indicatam a me alibi (x) Camphorae cum spiritu vini analogiam probare videtur, in Cel. MONNET *aethere camphorato*, (y) ni fallor, aetheri vitriolato iunctum.

## V.

Tandem cum Camphora ipsa obtineri legitur *Oleum Camphorae*. Tale ex minus notae (z) arboris Camphoriferae Sumatranæ et Borneanae, pretiosam Camphoram nativam, *baros*, ab vrbe Sumatrae, vnde veniat, dictam (a) largientis, quae ex Daphneo sanguine non sit, (b) truncis, vel ligno, fissis

ex-

(v) *Diff. de Camph. §. LVI.*

(x) *Grundr. §. 983.* praesertim solubilitati in aqua innixus, quam postea luculenter demonstravit Cl. BERGIUS (*Mat. Med. T. I. p. 320.*) saturatione per aërem fixum augendam.

(y) *Ether camphré.* vid. *Observation sur une sorte de Bitume, qui résulte de la combinaison de l'acide vitriolique avec le camphre et l'esprit-de-vin.* Par M. MONNET, in *Obff. sur la Phys.* — Par M. l'Abbé ROZIER T. V. Mai 1775. p. 456. = *Bemerkung über eine besondere Art Iudenpech, welche aus Vitriolöl Campher und Weingeist entsteht.* Vom Hrn. MONNET, in *Samml. aus ROZIER Beob. B. II. p. 344-5.* Camphoram sufficienti quantitate spiritus vini soluendo et hanc solutionem cum aequali pondere acidi vitriolici concentrati destillando.

(z) GERSTENB. in *Aët. Mogunt.* Anno 1777. p. 72.

(a) GAUB. *Entwurf.* (Icn. 1772. 8.) p. 113-4. THUNBERG. resp. C. H. SALBERG. *Nov. Gen. Plant.* P. II. (Vplal. 1782. 4.) Praefat.

(b) KAEMPF. *Amoen. exot.* Fasc. V. p. 773. THUNB. l. c.

exsudare SYLVIVS (c) GRIMM (d) GRONOVIVS (e) et GAVBIVS (f) retulerunt. Porro ex arboris camphoriferae Iaponicae, (LAVRI *Camphorae* LINN.) iam a KAEMPFERO Lauri speciebus annumeratae, (g) e cuius radicibus et ligno fere omnis Camphora, quae in Europa et India consumitur, sublimatur, (h) ramulis ac foliis, ope destillationis cum addita aqua, simul cum Camphora, in officina Beylichiana, Dresdae, ascendere vidit et exprimendo ab illa separavit WEBER (i) ad sic dictum oleum cajeputi colore, odore et effectu medico, valde accedens, (k) vi alius autem de experimentis BEYLICHIANIS relationis fat Camphoram olens (l). Magis vero sub olei *Camphorae* nomi-

B 2

nomi-

(c) *Beschreib. des Campherbaumes von ARENT SYLVIVS; in Ostindian. Sendschreiben — von M. B. VALENTINI Frft. am M. 1704. fol. (post Ei Mus. Mus. Ed. II. germ. ibid. 1714 fol. p. 98. (Epist. data ann. 1680.)*

(d) Obs. CLIII. D. HERMANNI NICOL. GRIMM. *De Arbore Camphorae; in Ephem. Acad. Nat. Cur. Dec. II. Ann. I. (1682.) Norimb. 1683. 4. p. 371-3; caeterum cum Iaponica arbore eandem esse censens.*

(e) *Disp. inaug. Camphorae Historiam exhibens — ex Auct. M. Rect. WOLF. SENGVERDI pro gradu Doct. publ. defens. subm. IO. FR. GRONOVIVS. 1715. L. B. 4. Cap. XV. p. 37. Veri Olei Camphorae nomine distinguens, an autem merum oleum sit, dubitans.*

(f) *Entwürf. p. 114. e relat. FERD. DEJEAN.*

(g) *Amoen. Exot. Fasc. V. p. 770-2. (Laurus camphorifera) adiecta icone,*

(h) *Cel. THUNBERG. Flor. Iapon. (Lips. 1784. 8.) p. 172.*

(i) *LVD. WEBER Diff. nonnulla ad Camphoram spectantia sist. Hal. 1744. 4. Cap. I. §. I.*

(k) *l. c. Cap. I. §. I.*

(l) *Nachricht von den in Dresden befindlichen Campherbäumen und dem aus selbigen zubereiteten Campher; in Hamb. Mag. B. XVIII. St. I. (Hamb. u. Leipz. 1757. 8.) p. 89-98. BEYLICHIVM scil. inde elicuisse non solum, sed et depurasse Camphoram; e granulis in excipulo obtentis; per linteum expressis, obtinuisse oleum volalite statum fat Camphoram olens, et quidem uncias duas cum dimidia ac quinque semuncias Camphorae purae, e foliorum et ramulorum Libris decem: parasse quoque e Camphora*



nomine innotuit, quod e radicibus arborum Cinnamomiferarum, tam Malabaricae, (m) quam Ceylanicae, (n) quas corticis tantum acrimonia suauitate et virtutis praestantia, ne utquam facie modoue crescendi, discriminari iam HERMANNVS monuit, (o) eandem speciem esse WHITE (p) COMBER (q) ac nuper Cel. THUNBERGIVS, (r) confirmauerunt, ope destillationis cum aqua, ascendente simul Camphora, obtinetur. Primus, ni fallor, huius mentionem fecit VERNATTI (s) post quem de hoc locuti esse videntur IACOBÆUS (t) et BREYNIUS (v)

phora ipsa oleum limpidum, excolor, odoris saporisque penetrantioris ac magis copiosum, vt circa semunciae tres cum dimidia e quatuor semunciis Camphorae obtinerentur, modum vero tacens.

(m) *Carua*: VAN RHEED. *Hort. Malab.* T. I. (Amst. 1678. fol.) p. 107-110. Fig. 57. *Laurus Cassia* LINN.

(n) *Kurundu* Ceylanens. *Cassia Cinnamomea* HERMANN. *Hort. Lugd. Bat. Catal.* (L. B. 1687. 8.) p. 129. *Laurus Cinnamomum*, LINN.

(o) l. c. p. 130.

(p) *A Discourse on the Cinnamon, Cassia or Canella.* By TAYLOR WHITE; in *Phil. Transact.* Vol. L. P. II. for the Year-1758. p. 860-876. cum ic. adeo *Cassiam* Malabaricam (scil. Corticem in officinis sic dictum) *Cinnamomo* Ceylanensi in Dispensatoriis substituere suadet. (l. c. p. 873.)

(q) *Extract of a Letter from Mr. THOMAS COMBER dated Fort Malborough 5 Ian. 1755; Phil. Tr.* l. c. p. 873-6. verum quidem *Cinnamomum* tantum in Ceylona habitare, aut *Cassiam* eandem arborem esse putat.

(r) *Anmärkn. vid Canelen*, in *Kongl. Vetensk. Acad. Nya Handl.* T. I. (1780.) p. 56 = *Anmerk. über den Zimmt* — in *Kön. Schwed. Akad. d. Wiss. N. Abhandl.* — auf d. I. 1780. B. I. (Leipz. 1784. 8.) p. 54.

(s) *Answers to some of the Queries, which were recommended by Sir R. MORAY to Sir PHIL. VERNATTI, President in Iava Maior, were left unanswered of those that are found in the History of the R. Society* p. 158 &c. in *Philos. Transact.* Vol. III. f. t. Y. 1668. N. 43. p. 863. e radd. arb. *Cinnam.*

(t) *De seminibus plantarum Indicis.* Ex *Epistola OLIGERI IACOBÆI* L. B. 13. Nov. 1674. in THOM. BARTHOLIN. *Act. Hafn. Ann.* 1674 — 76. Vol. III. et IV. *Hafn.* 1677. 14. p. 37-38. e relatione HERMANNI: e cortice

(v). Proprietates vero insignesque vsus medicos primum prolixè expositae reperiuntur in splendido Ill. VAN RHEEDEN Opere (x). Dein istud memorauit (y) et tanquam vsitatissimum in Ceylona remedium saepe nominauit GRIMM, (z) nouisse videtur

## B 3

tice radice Cinnamomi elicium (p. 37.) Inde in PAVLI HERMANNI *Cynof. Mat. Med. curante IO. BOECLERO, Agent. 1727. 4. p. 191. et hinc in IO. FR. CARTHEVS. gen. plantar. princip. Frft. ad V. 1754. 8. p. 18.*

(v) *Obs. CXXX. DR. IAC. BREYNI de Arbore Canella Zeylanica et de arbore camphorifera Iaponica; in Ephem. Ac. Nat. Cur. (Dec. I.) Ann. IV et V. (Frft. et Lips. 1676. 4.) p. 139 — 41 arboris Canellae radices camphorae non solum similem liquorem, sed et ipsam camphoram proferre; referente (ann. 1669.) HIER. A BEVERNINGK.*

Forfan quaedam quoque habet Itinerarium TAVERNIERI, 1676 edi coeptum, cuius Edit. Gallicam (Par. 1681.) et quidem P. II. Lib. II. Cap. XII, inter testes elicendae e variis radicibus Camphorae citauit Cl. KOSEGARTEN (Diff. cit. §. X. not. 1). Cum vero tantummodo versio eiusdem Germanica (Hrn. I. B. TAVERNIERI-*Reisebeschreib. Nürnberg. 1681. fol.*) ad manus sit ac ibi (l. c. p. 112) promissa de Camphorae obseruatio deficiat, num quid ad oleum eius pertinens retulerit, determinare nequeo.

(x) *Hort. Malab. T. I. p. 108-110 ex cortice radice Malabaricae; ast Ceylanensis radice corticem itidem Camphoram eiusdemque oleum dare e-litt. HERMANNI affert. (ib. p. 110 Not.)*

(y) *De arbore Cinamomi, Ex. Eiusd. (GRIMM.) Litteris — 1675. in TH. BARTHOL. Act. Hafn. Vol. III. p. 167. 168. (e radice Ceylanensis: pretiosum Camphorae oleum et Camphoram obtineri.) Insulae Ceyloniae Thesaurus medicus vel Laboratorium ceylonicum a BARTHOL. PIELAT. latin. donat. Amst. 1679. 12. (quod Batav. 1667. belgica dialecto editum sibi vindicauit GRIMM in Praefat. Pharm. Indicae, post Ei. Compendium med. chym. Edit. 1684. 8. p. 391.) p. 78. (inter producta radice Cinnamomi, destillatione obtinenda, oleum Camph. enumerat.) indeque in TH. BARTHOL. Act. Hafn. Ann. 1677 — 79. Vol. V. (De Cinamomi arbore et remediis ex ea variis, Ex. D. HERM. NIC. GRIMM Laboratorio Ceylonico p. 223 — 239) p. 236.*

(z) *Labor. ceylon. vers. PIELAT. p. 80. (= Act. Hafn. Vol. V. p. 237.) Compend. med. chym. (auct. Aug. Vind. 1684. 8.) p. 85. 101. et addit. Pharm. Ind. p. 406. sub nom. Ol. Camphorae ex rad. Ciniam. et p. 208. ac Pb. Ind. p. 405. sub. nom. Ol. Rad. Cinnam.*

detur CLEYERVS, (a) præparationem vsuque narravit STRACHAN, (b) e GRIMMIO adduxit MANGETVS (c) viresque laudavit, (d) vsu iam aliquamdiu etiam in suis oris vtilissime receptum testatus est WEDELIVS, (e) cum Camphora e radice Cinnamomiferae Malabaricae destillari iterum retulit KAEMPFERVS, (f) tam Ceylanensis, quam Malabarici, mentionem fecit GRONOVIVS, (g) e Mscr. HERMANNI notavit anonymus editor, (h) quod Amstelae-

(a) *Obs. VI. Dn. ANDR. CLEYERI. De Cinnamomo et Cassia lignea; in Misc. f. Ephem. Ac. Nat. Cur. Dec. II. Ann. IV. (1685.) Norib. 1686. 4. p. 8-10, dum oleum Canellae Malabaricae mixturam quasi ex oleo Cinnamomi et oleo Camphorae referre ac Camphoram e radice obtineri retulit. (l. c. p. 9)*

(b) *Observations made in the Island of Ceylon, by Mr. STRACHAN on the ways of catching Fowl and Deer of Serpents, of the ant bear and of Cinnamon, in Phil. Transact. Vol. XXIII. N. 278. (Mart. et April. 1702.) p. 1094-6; Ceylanensis arboris Cinnamomiferae radices corticem crassum destillatione dare oleum et camphoram, linteo excipulum tegente separanda, vt camphora in linteo remaneat, oleum vero cum aqua in excipulum transfret, in scabie et excoxiaturis laudandum (l. c. p. 1096).*

(c) *Bibl. pharim. T. I. p. 457.*

(d) *Ibi p. 584.*

(e) *Diff. de Cinnamomo Praef. GE. WOLFFG. WEDELIO exh. a GE. CHRIST. TITIO Ien. 1707. 4. cum ic. Ceylanicae arboris Cinnamomi, e cuius radice hoc oleum paratur elegantissimum, et Resina pellucida, vtraque ipsissimam Camphoram eiusque oleum verum referentia (p. 36.)*

(f) *Amoen. Exot. Fasc. V. p. 772. scil. e radice Cassiae Canelliferae, quam in sylvis Malabaricis, in quibus Cassia lignea dicta maxime luxuriat, aequae invenerit nobilem, sed minus frequentem, ac in ipsa Ceylona.*

(g) *Diff. cit. Cap. VII. e radice arboris cinnamomiferae (Kurundu) in Ceylona et in sylvis Malabaricis frequentissima) praeter aquam, Oleum Camphoram solidam continens, parere Ceylonenses, quae solis manibus facile ab oleo separatur et Cap. XV. Suppositivum Oleum Camphorae, (quod vero, §. V. e. memorato, opponit) esse Oleum Cinnamomi, Camphoram redolens, quod in India ex cortice radice arboris Malabaricae Carua destilletur, docent HERMANNO in Horto Malab. (vid. §. huius not. x).*

(h) *Musaeum Zeylanicum seu Catalogus Plantarum in Zeylona sponte nascentium observatarum et descriptarum a PAVLO HERMANNO Ed. II. L. B.*



Stelaedami viderit, oleum Cinnamomi ordinarium copiosa Camphora impraegnatum esse suspicatus est NEVMANNVS, (i) proprie esse oleum Caphurae ac destillatum simul Camphoram Barros dare asseruit et vsus medicos addidit anonymus quidam; (k) inter rariora olea Indica nominasse videtur HOFFMANNVS, (l) a SEBA olim acceptum memoravit Cl. BUCHHOLZ, (m) alii vero, quotquot euoluere licuit, Materiae Medicae et Chemiae scriptores tacent, vt hodiernum ad rariora omnino pertinere videatur olea, vti etiam non potest non esse diversum, prout ex hac, vel illa, arbore Camphorifera, vel Cinnamomifera, est obtentum.

## VI.

Duplicis saltem generis esse videtur, quod possideo, alterum pallidissimum, vix flauescens, odoris omnino camphoracei, sed ad sic dictum Oleum Caioputi quodammodo accedens, (n) quod in lagenula parcum deposuit sedimentum, albidum,

1726. 8. (Ed. prima prodiit 1717) p. 12. (scil. e radice Kurundu s. Canellae Zeylanicae cortice destillari Camphoram eiusdemque oleum,) vnde in v. LINNÉ *Pflanzenfyst.* — Th. I, Nürnberg. 1777. 8. p. 512. memoratur.

(i) *De Camphora, Auctore Dno. CASP. NEVMANN.* in *Phil. Tr.* Vol. XXXIII. f. t. Y. 1724, 25. N. 388. p. 321-32 scil. in India ex radice Cinnamomi destillari dictum, Camphoram non minus quam Cinnamomum redolens. Oleum et Camphoram e radice Cinnamomi obtineri quoque postea memoravit (*Chym. Ed. KESL. T. II. P. II. C. 3. §. 3* — ZIMMERM. *Grundf.* p. 659.)

(k) *Canellae sive Cinnamomi cuiuscunque generis arborumque hoc cortice obductarum Historia* in *Act. Ac. Nat. Cur.* Vol. I. (Nor. 1727. 4.) Append. p. 1-16. excitans, praefertim in arthritide et podagra laudat (p. 12.) quod illitum bis die manum arthriticam intra sex hebdomades curauerit (p. 13) e rad. Cinnam. paratum ac a Societ. Indo-Bataua entum.

(l) *Obss. phys. chym. select.* p. 18. oleum camphorae cinnamomifatum.

(m) GAUB. *Entwürf.* p. III. not. x vnde in nota Cl. LEONHARDI ad MACQUER *chym. Wörterb. Th. III.* p. 708. memoratur.

(n) An ideo hoc Lauro Camphorae debetur, cum inde obtenti similitudinem cum oleo Caioput notauerit WEBER (vid. §. V. k.)?

dum, floccosum, indolis forsan camphoraceae, alterum flavum, omnino odoris itidem camphoracei, sed quodammodo simul caryophyllini. (o) Vtrumque vere aethereum, spiritu vini rectificatissimo solubile, affusa aqua, absque dimissione Camphorae, secedens et aquae innatans, (p) non tamen super aquam admota flamma accendendum, quamvis de charta illo imbuta facillime deflagret accensum, saporis ignei, Bataviae sub nomine *Olei Camphorae essentialis* emtum, mecum benevole communicavit, cuius Dissertatio inauguralis indicanda Propemptico huic scribendo ansam dedit, Pergrinator Celeberrimus,

VIR PRAENOBILISSIMVS, DOCTISSIMVS

**CLAVDIVS FRIDERICVS HORNSTEDT**

SOC. BATAV. IND. MEMBRVM

MEDICINAE CANDIDATVS DIGNISSIMVS

OSTROGOTHVS

cuius, pro more solito, sequitur, quale Facultati exhibuit, sic dictum vitae curriculum

Primam huius vitae lucem adspexi Lincopiae A. C. 1758. Pater fuit **OLAUS HORNSTEDT**, dictae civitatis Senator; Mater vero **CHARLOTTA ELD**. Inde a prima infantia varii Informatores privati litterarum rudimentis me imbuerunt, donec anno aetatis duodecimo Scholae triviali Lincopen si adscriberer, ubi, ut et in Gymnasio, bonis artibus et scientiis operam dedi Lectoribus: Theol. Doct. et Profess. S. **ALF**, Theol. Doct. **TÖRNER**, Theol. Doct. **I. B. BUSSE**, Phil. Mag. S.

(o) An Oleo foliorum arboris Cinnamomiferae mixtum? quae oleum Caryophyllorum largiri asseritur in *Horto Malab.* T. I. p. 110. Not. (ex relat. **HERMANNI**) *HERM. Mus. Zeylan.* p. 12. *GRIMM, Lab. Zeylon.* (vers. **PIELAT.** p. 60.)

(p) Quod de oleo radices Cinnamomiferae Malabaricae, cum reliquis adductis, memoratur in *Hort. Mal.* l. c. p. 108-10.

S. FRÖLING, Ph. Mag. I. MELANDRO et M. M. IACOBO et PETRO HULTIN; Simulque Historiae Naturalis iucunditatem mihi Med. Doct. I. O. HAGSTRÖM et Adjunct. Gymn. Mag. GRÖNBERGER instillarunt. Anno 1777 solidioribus litteris percipiendis maturus ad Academiam Upsaliensem me contuli, testimonio instructus Rectoris Gymnasii IACOBI HULTIN, ubi post exantlatum examen a Decano Facultatis philosophicae in numerum Studiosorum a t. t. Rectore Magnifico Theol. Doct. I. LOSTBOM Oeconomiae Profess. receptus sum. Annis 1777-78-79 Collegia publica atque priuata frequentavi Professorum: in Eloquentia et Poesi Latina PET. SUEDELI et I. LINDBLOM, in Historicis GEORGII, in Philosophia Morali I. P. SLEINCOUR, in Logicis et Metaphysicis Iur. Utr. Doct. P. N. CHRISTIERNIN, in Mathematicis I. MALLET, in Physicis S. DURAEI, in Chemicis Equitis T. BERGMANNI, in Oeconomicis Theol. Doct. I. LOSTBOM ac in Lingua Graeca et Hebraea Mag. Doc. I. DUVAERI. A. 1779 media aestate iter botanicum suscepi ad Sylvam *Kålmården* quae vocatur, comitem habens ER. SVARTZ, Regii Collegii metallici Notarium, ibique simul fodinas marmorum eorumque fabricas contemplatus sum. A. 1780 Mense Maio examen subii Theologicum. Mense Iunio ejusdem anni iter ingressus sum comitantibus Studiosis LUNDMARK, FAHLROTH, O. LAV. et IOH. SVARTZ, proficiscens per *Uplandiam, Gestriciam, Helsingiam, Norrlandiam, Vestrobotniam* ad urbem usque *Luleå*, inde pedestri itineri in *Lapponiam* per *Iockmock, Quickjock* ad *Montem Arras* in termino *Norvegiae* situm. Spoliis plantarum, quas istae ferunt regiones earumque alpes, onustus illinc iter direxi in societate



IOH. SVARTZ per *Torneå*, *Ostrobothniam*, *Cuopio*, *Savolax*, in *Ruffiae* Urbem primariam *St. Petroburgum*. Hujus metropolis res rariores oculis cupidissimis adspexi et inter has pretiosam Bibliothecam, Technophylacium, Nosocomia et Collectiones ad Historiam Naturalem pertinentes, nec non fors mihi felix contigit, me sistendi et innotescendi Principibus DOMASNEW et NARISCKIN, simulque amicitiam cum Professoribus excellentissimis PALLAS et LAXMAN contraxi. Hinc per *Viborgum*, *Fredricshamn*, in *Finlandiam Suecicam*, per *Helsingforsiam*, *Sueaburgum*, *Lovisam*, *Borgoam*, *Aboam*, et per *Alandiam*, *Grisleham*, *Upsaliam* reversus sum. Mense Decembri hujus anni in Academia Uplaliensi examen philosophicum exantlavi. 1781, circa tempus St. Iohannis iter botanicum suscepi ad montem Vestro-Gothiae valde in Suecia celebrem, *Kinnekulle* vocatum, simulque artificiosas structuras in Albi Gothico (*Trollhätte Sluffvärk*) consideravi. Eodem anno, mense Novembri Dissertationem defendi, *Nova Genera Plantarum* exhibentem, Sub Praesidio Cel. Med. Doct. et Prof. C. P. THUNBERG. Ultimis his annis exandivi privata collegia Medicinae Doctoris et Professoris C. P. THUNBERG in Historiam Naturalem, Mag. DOC. I. AFZELII ARFVIDSSON in Pharmaciā et operationes Chemicas, Med. Doct. et Prof. C. ZIERVOGEL in Osteologiam, Med. Doct. et Pr. A. MURRAY in Chirurgiam et exercitia in arte dissectandi, Med. Doct. AKREL in Pathologiam, nec non publicas lectiones Med. Doct. et Prof. C. VON LINNÉ in Materiam Medicam, Med. Doct. et Prof. A. MURRAY in Anatomiam et Physiologiam ac Med. Doct. et Prof. I. SIDRÉN in Therapiam.

Denique mira tractus cupidine aliam Naturae cognitionem acquirendi, quam quae ex libris solis hauritur, Upsaliae valedixi 1782, istas visurus regiones, quae viatorum curiositatem mercatorumque tantopere excitant aviditatem. Postulat mens mea gratissima eos nominare, qui primi hoc iter meum promoverunt, nimirum, Reg. Academiae Scientiarum Holmienfis membra celeberrima: Prof. et Equit. C. P. THUNBERG, Secret. et Equit. VARGENTIN, Liberos Barones, Commendatorem et Equites, ALSTRÖMER et ambo viros famigeratissimos BERGIOS; Hi Scientiarum Patroni et Promotores REGIAE ACADEMIAE SCIENTIARUM me commendarunt, quae statim non modo impensas qua partem suppeditavit et liberum iter apud Regiam Directionem Societatis Indicae ad Asiam Australem mihi procuravit, sed etiam sua intercessione effecit, ut venia Serenissimi nostri Regis GUSTAVI III. mihi gratiose concederetur, una cum Ejus litteris commendatitiis ad omnes Status et Imperia, ubi versari mihi contingeret. Annis 1783 et 1784 varia itinera in Insulae Iavae tribus Regnis: *Iaccatra*, *Bantam* et *Cheribon* confeci, nec non in Insulis: *Summatra*, *Coccos*, *Pulo Selan* s. *Panetan*, *Pulo Atrada*, *P. Kapal*, *P. Sackit*, *P. Aijer*, *P. Lussi*, *P. Menjagan*, *P. Baru*, *PP. Dammer*, *P. Putri*, *P. Ubi*, *P. Ontong Iava*, *P. Rambu*, *P. Iamock*, quae parvae insulae partim incolis vacuae sunt, partim ab Indis habitantur. Hoc anno commissum mihi fuit negotium, Bibliothecam et Collectionem rerum Naturalium SOCIETATIS SCIENTIARUM BATAVIENSIS in Ordinem redigendi. Eodemque anno ejusdem Societatis Scientiarum Membrum electus et introductus sum. Nec intermittere debeo, quin eos

quoque commemorem, qui itineri meo in India fauerunt, nempe: Regem vel SULTANUM BANTAMIAE, b̄. m̄. Amiralem ac Societatis Scientiarum Batav. Praesidem I. G. M. RADEMACHER, Gubernatorem Generalem Bataviae A. ALTING, Directorem Generalem A. MOENS, Centurionem fortificationis I. VIMMERCRANTZ popularem et amicum meum honoratissimum, nec non Secretarium Societatis Scient. N. LA CLÉ, qui varia itinera mecum absolvit, per Fluvium *Tfidani* ad *Tangaran* et terminos *Regni Bantam*. Postquam occasio mihi enata fuit pretiosissimas collectiones coæcervandi et plures utilissimas observationes instituendi, quarum multas in Patriam misi et nonnullae in Actis Academiae Scientiarum Holmienfis et aliis dudum illatae inveniuntur, (a) *Bataviam* deserui ad extremum *Africae* promontorium proficiscens *Caput bonae spei* nominatum, ubi tres integros menses consumsi plurimis itineribus minoribus in interiora regionis, imprimis per tractum *Constantiae* et circa montem *Taffelberg*, ut regionis indolem mihi notam facerem, simulque observationes et Collectiones meas Naturalium augerem. A. 1785 Mense Ianuario e portu *Capitis bonae spei* navigans in *Insulas Americanas*, quae *Azores* vocantur, appuli ad *Villa de Horta*; Per *Insulam Fayal* iter tetendi et *Insulae Pico* altissimum montem, cuius vertex perpetua nive tegitur,

herbas

(a) Vide *Kongl. Sv. Vetensk. Acad. Hand. Apr. Maj. Jun. 1785. pag. 130 et Sequ. Upfojtr. Sällsk. Tidn. i Stockh. för år 1785. pag. 225 et Sequ. nec non pag. 591. et Sequ.* Praeterea apud Societ. Sc. Bat. in *Ind Orient.* varias annotationes Zoologicas reliqui; nec non descriptiones novorum Insectorum ad Soc. Nat. Scrut. Berol. et itidem in litteris ad Secretarium Reg. Acad. Scient. Svec. Profess. WILKE Observationes météorologicas, per integrum annum in *Batavia* habitas, transmissi.



herbas collecturus, adscendi. Ab hac Insula in *Hollandiam* transve-  
ctus sum, ibique visitavi Urbes *Amstelodamum*, *Roterodamum*, *Lug-*  
*dunum*, *Haagam*, *Gaudam*, *Harlemum*, *Hornum*, *Enkhuysen*  
etc. Mense Augusto ejusdem Anni *Amstelodamo* me contuli in *Britan-*  
*niam*; inde in *Galliam* per *Cuën*, *Lutetiam*, partemque *Germaniae*  
et *Daniae* et huc in *Pomeraniam* Sueciam Aprili huius anni delatus  
sum. Sub hac peregrinatione occasionem habui, complures Europae  
pulcherrimas urbes harumque Universitates, Bibliothecas, Nosocomia  
et Collectiones in Historia Naturali visendi, nec non felicitas mihi con-  
tigit, cognitionem plurium celeberrimorum acquirendi procerum,  
quorum veneranda nomina ne adferre quidem permittit hujus loci an-  
gustia. Tantummodo heic Gryphiae, qui mihi contigerunt fauto-  
res, Experientissimi et Celeberrimi Professores: C. E. WEIGEL Chem.  
Pharm. Professor h. t. Decanus Facultatis Medicae et C. F. REHFELD  
Med. Prof. Civit. Phys. Reg. Collegii Sanitatis Director, debito hono-  
re a me sunt nominandi, quorum eximiam in Chemicis, Medicis et  
Anatomicis, eruditionem, utilitati magnae mihi fuisse publice  
confiteor.

His igitur peractis tandem ad summos in Medicina honores ad-  
spiro. Quamobrem apud experientissimam facultatem hujus Acade-  
miae Medicam nomen meum professus, qua par est observantia roga-  
vi, ut meos in scientia salutari profectus consuetis tentaminibus explo-  
rare et Gradu Doctoris Medicinae decoratum dimittere, illis placeret.

Admissus ad tentamina consueta, tam theoreticum illud, quam quod rigorosum vocari solet, practicum examen cum laude superavit et in his vt et casus propositi Medico-practici resolutione, talem se praebuit, vt praestito, quod adhuc supererat, specimine inaugurali, summos illi in Medicina honores, omnino concedendos decreuerit Facultas, qua consentiente oblatam suam Dissertationem inauguralem, qua *Fructus Iavae esculenti eorumque usus, cum Diabeticis, tum Medicis*, exhibentur, publice e cathedra, die proximo Iouis, scil. d. vii h. m. sub meo defendet praesidio, dein, quae ambit, ex manu mea accepturus studiorum praemia. Vtrique actui solemniter interesse vt velint MAGNIFICVS DOMINVS PROCANCELLARIVS, MAGNIFICVS ACADEMIAE DOMINVS RECTOR, GENEROSISSIMVS REGII DICASTERII DOMINVS DIRECTOR, VTRIVSQVE ILLUSTRIS COLLEGII PROCERES, AMPLISSIMVS VRBIS SENATVS, REVERENDI MINISTERII PATRES, HOSPITES OMNIUM ORDINVM HONORATISSIMI GENEROSISSIMIQUE AC NOBILISSIMI COMMITTONES, illumque praesentia sua reddere splendidiorem, meo et Candidati mei nomine, ea, qua par est, obseruantia rogo.

---

P. P.

SVB SIGILLO FACVLTATIS MEDICAE DOMINICAE  
XII POST FESTVM S. S. TRINITATIS  
MDCCLXXXVI.



# FRUCTUS JAVAEE ESCULENTI

EORUMQUE

USUS CUM DIAETETICUS TUM MEDICUS,

---

QUOS

DISSERTATIONE DIAETETICO-MEDICA,

CONSENSU GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE,

PRAESIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO ET EXPERIENTISSIMO

**CHRIST. EHR. WEIGEL**

PHIL. ET MED. DOCT. CHEM. ET PHARM. PROF. REG. ORD. REG.  
COLLEG. SANIT. ASSES. ACAD. ELECT. SCIENT. UTIL. MOGUNT.

SOC. NAT. SCRUTAT. BEROL. PHYSIOGRAPH. LUNDIN,  
ET PHYS. HALENS. SODALI, FACULT. MED.

AD H. A. DECANO

*P R O G R A D U D O C T O R I S*

PUBLICO EXAMINI SUBMITTIT

AUCTOR

**CLAUDIUS FR. HORNSTEDT,**

SOCIET. SCIENT. BATAV. IND. ORIENT.

MEMBRUM.

O. G O T H U S.

IN AUD. MAJ. D. VII. SEPT. A. MDCCLXXXVI.

HORIS SOLITIS.

---

GRYPHIAE

APUD ANT. FERDINAND. RÖSE, REG. ACAD. TYPOGR.

FRUCTUS LAVAE  
ACQUA

OPTIMUM VERO MEDICAMENTUM EST OPPORTUNE  
CIBUS DATUS.

*CELS. de Medic.*

REGIAE  
ACADEMIAE  
SCIENTIARUM  
SVECICAE

*Hanc fructuum Javæ esculentorum descriptionem,  
quantillum*

TANTAE INDULGENTIAE

*atque sui itineris fructum, devotissima mente repor-  
tat ac consecrat*

AUCTOR.









**N**on exigui in materia diaetetica est momenti, esculentos fructus cognosci et describi tales, quales in unaquaque regione inveniuntur, et qua saporem, et qua usum; hi enim per solum et clima haud exiguam subeunt mutationem <sup>(1)</sup> et eundem fructum in una regione gratissimum ac saluberrimum, in alia ingratum atque insalubrem <sup>(2)</sup> reperimus. In historiam Melonis (Cucumis Melo Linn.) oculos breviter si conjiciamus, in alia regione dulcis <sup>(3)</sup> in alia


A 2

acidus

<sup>(1)</sup> Ad mensas Optimatum in Capite bonae spei edi fructus *Gujava*, qui ibi in deliciis habebatur; cum vero Bata-viam venire animadverti eundem ab Europaeis contemni et vix mancipiis placere.

<sup>(2)</sup> *Iambu Monjet* Malayorum. *Cajou*, *Acajou*, seu *Acajacha* aliorum. *Anacardium occidentale*. LINN. Hic fructus vilipenditur ab Incolis in Iava et nucleus insalubris est, Sic etiam dixit: PHIL. A. S. S. TRINITATE: in suo *Itin. Orient.* p. 296. Contra vero eundem ut sapidum et gratum comedi affirmarunt, in America, MARCGRAV: *Hist. rer. nat. Bras.* pag. 94. & JACQUIN: *Select. Stirp. Americ. hist.* pag. 125. in Malabaria, RHEEDE: *Hort. Ind. Malabar.* T. 3. pag. 66. Etiam nucleus ut sapidus et salubris editur, in America, LEMERY: *Traité des ali-mens &c.* T. I. p. 194. SLOAN: *Voy. to Iamaica &c.* T. 2. pag. 137. PETIVER: *Gazophyl.* Dec. 7.

<sup>(3)</sup> Dulcis reperitur: in Austria inferiori, in Languedoc, in Provence, Italia, Hispania, vid. BAUHINI *Hist. pl.* T. 2.



acidus (<sup>4</sup>), in alia gratus (<sup>5</sup>), in alia ingratus (<sup>6</sup>),  
in


T. 2. pag. 245. Sic etiam in Valencia, PLÜER: *Reisens durch Span.* p. 554. in Malta, DU MONT: *Nouv. Voy. du Levant.* p. 150. in Inf. St. Crux in American. OLDENDORP: *Geschichte der Mission &c. T. 1.* p. 156. in Aleppo, THEVENOT: *Verfolg der Morgenländ. Reise.* p. 76. in Bologna, DE LA LANDE: *Voy. d'un François en Italie.* T. 2. p. 112.

(<sup>4</sup>) Acidus est: in Anglia, in Hollandia, in Dania, Germania, Svecia, Russia, ubi ut plurimum ad debitam non pervenit maturitatem. Sic etiam in India Orient. vid. I. T. ET I. I. DE BRY: *Ind. Orient.* T. 4. p. 25.

(<sup>5</sup>) Grati est saporis: in Insulis Amer. LABAT. *Voy. aux îles de l'Amer.* T. 1. p. 372. in Soria, MELISSANTE: *Geograph.* T. 2. p. 164. Surinami, FERMIN: *Descript. de Surinam.* T. 1. pag. 188. in Mingrelia, BUSBEQUIUS: *Legat. Turc. Epist.* 3. p. 162. Algiriae, SHAW: *Voy. dans la Barbar. et le Lev.* T. 1. p. 290. in Armenia et in Insula Milo, TÔURNEFORT: *Voy. du Levant.* T. 3. pag. 193 et pag. 188. in Insula Zante in Archipelago Graeco, WHEELER: *Voy. de Dalmat. de Grece et du Lev.* T. 2. p. 67. in Insula Cypro, I. F. v. TROILO: *orient. Reise* | *Beschr.* p. 150. Athenis, CHANDLER: *Reis. in Griechenland.* p. 180. in Longobardia, PILATI: *Voy. en differ. pays de l'Europ.* T. 2. p. 199. in Diarbekir, OTTER: *Voy. en Turquie &c.* T. 2. p. 274. in Persia, TAVERNIER: *Voy. en Turq. en Perse et aux Ind.* 61. p. 419. in Astracan, OLEARIUS: *Beschreib. der Orient. Reise* p. 240. Casaniae, CHAPPE: *Voy. en Siberie.* T. 2. p. 544.

(<sup>6</sup>) In gratus etiam deprehenditur,

In Amboina, VALENTYN: *Oud en nieuw Oost-Ind.* 3 deel 1 Afd. p. 254. in Brasilia, ad Rio di Janeiro, HAWKESWORTH: *Relat. des Voy. dans l'hémisph. merid.* T. 2. p. 254. in India Orient, PH. A. S. S. TRINITATE: *Itin. Orient.* p. 398. in Cap. bonae Spei, DE LA CAILLE: *Voyage.* pag. 281. in Aegypto, HASSELQVIST: *Iter Palaest.* p. 491. in Indostan, BERNIER: *Voy. contenant le desir. des etats du Grand Mogol &c.* Tom. 2. p. 24.



in alia salubris (7), in alia infalubris (8), deprehenditur; idcirco certissime falluntur, qui diversum viatorum gustum unicam diversarum descriptionum eorundem fructuum causam esse credunt.

Imprimis inter tropicos globus noster terraqueus maximam habet copiam diversarum fructuum specierum et varietatum (9); ibi plantae pleraeque, sub continua aestate, bis quotannis florent et arbores haud opus habent gemmas ad teneros ramusculos per hiemem conservandos; ibi sine labore incolarum natura desideratissimos fructus (10) praeparat. Fructus, scilicet, qui colore, odore et sapore sen-

(7) Ut Saluber editur:

In Sina, DU HALDE: *Besch. des Chin. Reichs &c.* T. 4. p. 29.

in Marocco, HÖST: *Esterren. om Marok. og. Fes.* p. 288.

Dehlicae, BERNIER: *Voy. cont. la descr. des. Et. du Gr. Mog.* T. 2. p. 23. in Iamaica, BROWNE: *Civil and Natural history of Jam.* p. 353. In Inf. Amer. LABAT: *Voy. aux Isles de l'Amer. T. 1.* p. 372.

(8) Infalubris est in plerisque regionibus borealibus, vel saltem caute edatur, ne ex eo morbi contrahantur. LINN. *Diff. Fruct. esc.* pag. 16. DE BOMARE: *Dictioni. D'Hist. Nat.* Tom. 5. p. 350. WESTERDAHL: *Om hälsans bevarande.* pag. 130. in Italia, NONNI: *diacreticon s. de re cibaria.* Lib. I. Cap. 22. p. 70.

(9) Bataviae, octuaginta diversas species Pisang dari dixit RUMPHIUS in *Herb. Amboi.* T. 5. p. 133. In Urbe Ispahan, viginti quinque differentes species Melonum numerari possunt. LE BRUN: *Voy. par la Moscovie en Perse et aux Ind. orient.* pag. 299. In Gila, quindecim differentes Melonum species descriptae sunt a GMELINO, vid. ejus *Reise durch Russland.* Tom. 3. pag. 388. In foro Bataviae, ipsemet Viginti differentes species Mangae, novem dif. species Citri praeter non numerabilem numerum aliorum fructuum spec. vendi observavi.

(10) Vid. totam Orationem Celeb. BERGII: *om Lækkerheter,* habitam coram Reg Acad. Scient. Holm. Orat.





sensus nostros afficiunt; Aromaticos fructus, qui volatili suo principio recreant nervos, corroborant stomachum et appetitum provocant; Dulces, qui grate et salubriter corpus nutriunt (<sup>11</sup>); Acidiusculos et aquosos, qui, praeter gratam nutritionem, sanguinem attenuant, putredini resistunt et non sine jucunda refrigeratione sitim, sub ardente sole, restinguunt (<sup>12</sup>).

Fructus autem, qui hic a nobis considerantur, sunt tantummodo esculenti in insula Iava provenientes, qui commune, primarium, vel delicatum, alimentum incolis amoenae hujus regionis constituunt; illos in loco natali descripsi secundum gustum, tam incolarum, quam Peregrinorum et proprium. De usu illorum in diæta et medicina nihil aliud attuli, quam quod ipse vidi, vel ab incolis audivi; nec non libertatem mihi sumsi, in una alteraque observatione annotandi, cum mihi ab incolis innotuit, alicujus fructus ejusve partis utilitatem in Oeconomia. Nomina Iavanorum, si non omnium, saltem plerorumque, fructuum ex lingua Malayica desumpta sunt, quae, qua fieri potuit accuratatione, inter incolas collegi, et secundum pronunciationem Suecanam, expressi; quorum vero flores vel folia ipse non vidi, ideoque non satis tuto determinare potui, illos ad finem dissertationis exposui, sub iisdem nominibus, quibus ab incolis appellantur.


Orat. von LINNÉ: *Deliciae Naturae. Edit. Svec. p. 18.*

(<sup>11</sup>) In Iava, totus Iavanensium victus fructibus constat. Cuc. *Citrullus* LINN. In usu est Aegyptiis, non solum ad restinguendam sitim, sed etiam ad quotidianum eorum victum. HASSELQVIST: *Iter Palaest. pag. 489.*

(<sup>12</sup>) Inter Arabes integrum mensem sine aqua, solis fructibus succosis vixit D'ARVIEUX, vide ejus *Voy. dans la Palaestine &c. pag. 47.*



# FRUCTUS JAVAEE ESCULENTI.



1. PIPER (*nigrum*) foliis ovatis subseptemnerviis glabris, petiolis simplicissimis. LINN.

*Lada* Malayorum.

Fructus facies et sapor nota, color piceus. Recens in jusculum cum carne gallinacea in magna copia coquitur et imprimis in coenis comeditur a nobilioribus. Nec vani credunt incolae vim aphrodisiacam habere. Subficcus aceto conditur et tamquam acetarium cum carne editur.

Siccatus, sive in sole, sive in fornace, ab Hollandis in Europam transportatur.

Praeterea ut masticatoria eduntur ab Incolis fructus, vel folia, aliarum specierum Piperis, scil.

2. PIPER (*Malamiri*) foliis ovatis acutiusculis subtus scabris: nervis quinque subtus elevatis. LINN.

*Sirri Daun* Malayorum.

3. PIPER (*Siriboa*) foliis inaequaliter cordatis subseptemnerviis venosis. LINN.

*Sirri Boa* Malayorum.


4. PIPER (*longum*) foliis cordatis petiolatis sessilibusque. LINN.

*Tjabe Iava* Malayorum.

5. PIPER (*decumanum*) foliis cordatis novemnerviis reticulatis. LINN.

*Sirri Tallang* Malayorum.

6. PIPER (*peltatum*) foliis peltatis orbiculato-cordatis obtusis repandis, spicis umbellatis. LINN.



*Lâmbeck* Malayorum.

7. PIPER (*Betle*) foliis oblongiusculis acuminatis septemnerviis, petiolis bidentatis. LINN.

*Sirri* Malayorum.

*Obs.* Folia oblinuntur *calce* cum aqua mixta et comeduntur cum *Pinang*, s. *Areka*, vel *Tabago* ab Indis, cui massae *Magnates cardamomum*, vel alia aromatica, addunt.

8. TAMARINDUS (*indica*) LINN.

*Boa Assam* Malayorum.

Fructus: Legumen fuscum; Pulpa acidissima, refrigerans, laxans, magis in Europa, quam in India, usurpatur; A navigantibus potissimum in potu Polopuntiae, deficientibus citris, adhibetur.

*Obs.* Foliis utuntur Incolae, ut resolventibus, temperantibus.

9. COFFEA (*arabica*) floribus quinquefidis dispersis. LINN.

*Kâppe* Malayorum.


Fructus ovatus, obtusus utrinque; Cortex molli-tenuis, rufescens; Semina bina. Tostus cum saccharo et lacte usurpatur ab Indis, quemadmodum in Europa.

10. RHAMNUS (*Iujuba*) aculeis solitariis recurvis, pedunculis aggregatis, floribus semidignis, foliis retusis subtus tomentosissimis. LINN.

*Bidara* seu *Vidara* Malayorum.

*Indische Apelties* Hollandorum.

Fructus



Fructus rotundus, magnitudine et sapore fere Pyri *Mali*, extus viridi-luteus, intus pallidior, nucleo oblongo. Europaeis magis placidus, quam Indis.

- II. MANGIFERA (*indica*) foliis simplicibus, floribus pentandris. LINN.

*Manga* Malayorum.

Fructus subreniformis, magnitudine ovi anserini; Cortex viridi-luteus; Pulpa miniata, succulenta, carnosae, nutriens, dulcis, gratissima, nucleo adhaeret. Submaturus coctus similis est Ribi *Uvae crispae*. Maturus in febribus laudatur a Practicis; Sub vehementi febre ipse illo vixi, sine alio nutrimento, per novem dies. Incolae undecim varietates hujus fructus diversis nominibus Malayicis distinguunt:

α. *Manga Dodoll* &

β. *Manga Kayer*, omnium gratissimi.

*Obs.* Parvus curculio (*mangae*) in hoc fructu vivens perdit eum, ut inter viginti vix unicus reperiatur utilis.

γ. *Manga Bappang* &

δ. *Manga Kuini* majores, praecedenti sapore non cedunt, sed non admodum grati odoris sunt.

ε. *Manga Telloor* minimus, qua formam ut ovulum, unde nomen ejus *Telloor*.

ζ. *Manga Singir Gaddong*,

η. *Manga Benghala*,



9. *Manga Kalappa*,  
 10. *Manga Batjang*,  
 11. *Manga Ubi*,  
 12. *Manga Pisang*: hae varietates Mangae parum gratae, a nobilioribus non aestimantur.
12. VITIS (*vinifera*) foliis lobatis sinuatis nudis. LINN.  
*Boa Djebi* Malayorum.  
 Fructus viridis, pellucidus, sapidissimus, acidulo - dulcis, refrigerans; Colitur tantum in hortis divitum Sinenfium et Batavorum, non tamen tam copiofe, ut inde vinum premi poffit.
13. ECHITES (*caudata*) corollis infundibuliformibus: apicibus linearibus longiffimis. LINN.  
*Komanga* Malayorum.  
 Fructus ovatus, depressus, magnitudine ovi anferini maximi, luteus: nucleo magno; Pulpa albida, farinacea, acris, acida, ingrata. Coctus editur a pauperibus.
14. BROMELIA (*Ananas*) foliis ciliato - fpinofis mucronatis, fpica comofa. LINN.  
*Nanas* Malayorum.  
 Fructus cylindrico - ovatus, magnitudine Melonis majoris, extus squamis mollibus, colore aurantio, intus pallide - flavus, succofiffimus, fragrantiffimus, acidulo - dulcis, gratiffimus, fvaviffimus omnium afiaticorum. Odore et fapore fimilis quodammodo Fragariae *vescae*, quam multo



multo superat. Nimia quantitate comestus praecipue gravis et nocuus est infuetis, gingivae sanguinem elicit, demit cutem oris; Si mox post ejus esum aqua bibitur, oriuntur dolores colici, ac diarrhoeam, dysenteriam et varios morbos efficit.

Vino rubro infusus, saccharo addito, etiam in vino coctus, usurpatur et tunc salubrior ab Europaeis habetur, non vero gratior fit.

15. CALAMUS (*Rotang*) LINN.

*Salack* f. *Rottang Kalappa* Malayorum.

Fructus subrotundus, magnitudine Pyri *Malli*, plures uno racemo; Cortex squamosus, ficcus, spadiceus; Pulpa acidulodulcis, gratissima, fere *Fragariae vescae*, refrigerans, saccharo commixta editur, trilocularis: unicuique loculo suum semen, spadiceum, durum.

16. ORYZA (*fativa*) LINN.

*Bras* Malayorum.

Fructus farinosus, sapidus, nutriens, in vasis figulinis cum aqua ad esum quotidie coquitur ab Incolis et tunc appellatur *Kukuten* ac panis loco est.

Iavani tres Species distinguunt:

17. *Paddi Sava* crescit in aqua, plantatur Aprili, metitur Augusto.



18. *Paddi Tipar* feritur Nouembri in aratis editioribus locis, metitur Martio, in fasciculos collectus vehitur Bataviam et tunc *Padi Gaga* dicitur.
19. *Paddi Ketan* seu nigra, unde Iavani inebriantem potum conficiunt, quem *Bron* vocant.
20. IAMBOLIFERA (*pedunculata*) LINN.  
*Iambulang* seu *Iuat* Malayorum.  
 Fructus oblongus, figura Olivae, extus fuscus, intus carneus; Sapor fere Pruni *Cerasi* sed acidior et aliquantulum aromaticus. Indi illo vescuntur cum sale vel cum Pipere.
21. ANACARDIUM (*occidentale*) LINN.  
*Jambu Monjet* Malayorum.  
 Fructus: Receptaculum carnosum, facie fere similis Eugeniae fructu, magnitudine vero illum superans, colore rubro, carne alba, acri, ingrata, adstringente, supra quod Nux reniformis, quae subtile et acre dat oleum, quod cuti applicatum urit, ut causticum. Mulieres Insulae Bali, quae secundum suam consuetudinem aurículas perforant magno foramine easque protrahunt, ut usque in humeros pertingant, hoc semen auribus imponunt, cum ad Javam veniunt, ut contrahantur ista foramina atque consuetam magnitudinem aures recipiant.
22. CYNOMETRA (*cauliflora*) trunco florifero. LINN.

*Nannam* Malayorum.

Fructus reniformis, rugosus, luteo-virescens, magnitudine Fici arefacti magni; Pulpa carnosa, luteo-rufescens, acidula, grata, refrigerans, lubricans. Ab Europæis sæpissime in vino coctus comeditur, ab Indis vero crudus.

23. MELIA (*Azedarach*) foliis bipinnatis. LINN.

*Kakerakikera* seu *Fula Morgatie* Malayorum.

Fructus oblongus, magnitudine vix Pruni *Cerasi*, flavus, subdulcis, parum amarus, creditur esse venenatus: nucleo quinqueloculari; Non editur crudus, rarissime ficcatus.

24. MELIA (*Azadirachta*) foliis pinnatis. LINN.


*Itaram Sessa* Malayorum.

Fructus ovalis, magnitudine fructus Oleæ *Europææ*, purpureus; Pulpa oleosa, acriuscula, amara: nucleo ovali; Virtute cum præcedenti convenit. Ex fructu exprimitur oleum ad pigmenta, tingendis pannis linteis et gossypinis infervientia, usitatum.

25. MELIA (*Koetjape*), foliis ternis. BURM. *Flor. Ind.*

*Kutjapi* Malayorum.

Fructus: forma, magnitudine et colore Citri *Aurantii*; Pulpa duabus diversis carnisbus constat; Caro exterior pallide-flava, acida, interior mollior, caeruleascens, dulcis, grata, quinque-angulata; Avide comeditur a Iavanis.  
Nuciei



Nuclei 2-3-4-faepe 5, extus fusci, intus rubri, magnitudine vix amygdali.

In Java alius invenitur fructus

26. *Sintul* nominatus facie et colore similis *Kutjapi* sed major et acidior; Semimaturus cum sale editur; Nuclei intus albid.
27. LIMONIA (*trifoliata*) LINN?  
*Tjimtjit* seu *Mekantje* Malayorum.  
 Fructus oblongus, magnitudine Melonis, viridis; Pulpa incarnata, acidula, grata, refrigerans, antiscorbutica, 3-locularis: femina folitaria, albida.
28. LIMONIA (*acidissima*) foliis pinnatis, spinis foliariis. LINN.  
*Kamelan* Malayorum.  
 Fructus minimus, pumilus, acidissimus; ad esum vix adhibetur.
29. GARCINIA (*Mangostana*,) foliis ovatis, pedunculis unifloris. LINN.  
*Mangis-tang* Malayorum.  
 Fructus globosus, magnitudine Pyri *Mali* minoris; Cortex cartilagineus, coronatus; fuscus; Pulpa maxime succulenta, absque masticatione in ore liquescit, alba, loculamentis 5-6, vel 7, quorum unumquodque suum femem continet; Sapor dulcis, suavissimus; Saluberrimus, adstringens, confortans et praestantissimum antisepticum, deliciae magnatum Indorum.

*Obs.*



*Obs.* Cortex hujus fructus pulchrum efficit colorem rubrum et ad tingendum adhibetur.

30. CRATAEVA (*Marmelos*) spinosa, foliis serratis.  
LINN.

*Kvifta* seu *Bilack* Malayorum.

Fructus magnitudine et forma *Pyri mali* maximi; Cortex ligneus, griseus: aculeis viridibus; Pulpa lateritia, acidula, polysperma. Odor admodum gratus. Succus aqua dilutus praestantissime refrigerans et in febribus utilis habetur. Ex pulpa praeparatur gelatina antidyenterica gratissima (*marmelade*). Alia est varietas:

31. *Boa Madja* nominata, extrorsum laevis, magnitudine multo majori, sapore antecedentis.

32. PSIDIUM (*pyriferum*) foliis lineatis obtusiusculis, pedunculis unifloris. LINN.

*Gujava* Malayorum.

Fructus turbinatus, magnitudine *Pyri communis* minoris, extus fuscus, intus albus, polyspermus; Non admodum placidum exhalat odorem, Cimicum fere similem; Pulpa obstipans, sapore ad *Rubi idaei* baccas quodammodo accedens, aliquantulum aromatica, salubris creditur. Crudus indigenis placet, vix vero Europaeis.

33. PSIDIUM (*pomiferum*) foliis lineatis acuminatis, pedunculis trifloris. LINN.



*Gujava Utang* Malayorum.

Fructus rotundus, magnitudine Pyri *Mali* minoris, extus luteo-virescens, intus ruber interdum flavicans, polyspermus; Sapor aridus, acerbus, fatuus. Crudus non comeditur; Cum saccharo coctus, quæ saporem, non ab similis Pyri *communis*.

34. EUGENIA (*malaccensis*) foliis integerrimis, pedunculis ramosis lateralibus. LINN.

*Iambu Malacca* Malayorum.

Fructus turbinatus, magnitudine Pyri *communis* minoris, fuscus, aliquantulum durus, ficcus, integer manducatur et folius succus deglutitur, vix acescens, vinoso-aquosus, refrigerans, sitim in India peregrinantium restinguens. Tum crudus, tum coctus cum vino, seu saccharo, ut medium refrigerans porrigitur aegrotis.

*Obs.* Flores acetarium sapidum præbent.

35. EUGENIA (*Iambos*) foliis integerrimis, pedunculis ramosis terminalibus. LINN.

*Iambu Ayer Mauwar* Malayorum.

Fructus præcedenti similis forma et magnitudine, color vero albus, ideoque Malayorum lingua etiam *Iambu Putti* vocatur; Sapor dulcis vinoso-aquosus. Odor gratissimus tamquam *Aquæ Rosarum* (unde ejus nomen *Ayer Mauwar*), isque adeo penetrans, ut, si quis illum manducans alii adstiterit, etiam hic odoris particeps fiat.

Praeter-



Praeterea Iavanenses duas alias varietates distinguunt, scilicet.

36. *Iambu Samarang*, Fructus facie et sapore antecedentium, sed colore subviridi, ad extrema miniato, ut plurimum sine nucleo. Ab Indis editur.
37. *Iambu bol*, Fructus globosus, magis lucidus, intus albus: nucleo rotundo, griseo; Vix crudus editur. Vterque hic fructus saporem habet aquosum, ficcum, acerbum, stypticum, cum saccharo et vino coquitur et in febribus porrigitur, ut medium refrigerans, a Portugallis in India commorantibus.
38. ANNONA (*squamosa*) foliis oblongis subundulatis, fruct. obtuse subsquamatis. LINN.  
*Sirri Kaya* Malayorum.  
Fructus conoideus, subsquamosus, magnitudine Pyri *Mali* maximi, viridis; Pulpa quasi filamentosa, albida, mollis, farinacea, dulcis, aromatica, parum cordialis, salubris, aegrotis in febribus comedenda permittitur. Odor non ingratus, aromaticus.
39. ANNONA (*reticulata*) foliis lanceolatis, fruct. ovatis reticulato-areolatis. LINN.  
*Annona* Malayorum.  
Fructus forma et magnitudine *A. squamosae*, sed extus laevis et flavus; Pulpa alba, et adeo farinosa, ut ne minimam patiatur impressionem, quin disrumpatur; Sapor



- propius accedit ad A. *squamosam*, sed magis farinosus et non adeo gratus.
40. **DOLICHOS** (*Catjang*) caule erecto, legum. geminis linearibus erectiusculis. LINN.  
*Kadjang Putti* Malayorum.  
 Fructus forma et magnitudine *Viciae Craccae*, pallide-rufescens, nutriens, minus sapidus, fere neglectus. Hic quotidiano cibo, loco *Pisi sativi*, in nauibus Hollandicis sub itinere in Patriam adhibetur.
41. **CITRUS** (*Medica*) petiolis linearibus. LINN.  
*Iyrock Ollanda* Malayorum.  
 Fructus, qualis apud nos occurrit, admodum rarus, in paucis tantum hortis circa Bataviam colitur: Epidermis gratissimum spirat odorem; Cortex gratum praebet saporem, amarum; Pulpa acida, uti nostrorum, refrigerans, antiscorbutica, editur inter bellaria a divitibus.
42. **CITRUS** (*Javanica*) petiolis alatis, foliis acutis, tomentosis.  
*Krandang* Malayorum.  
 Fructus parvus, viridis; Epidermis inodora; Cortex amarus, ingratus; Pulpa acidissima, ab Incolis regionum interiorum usurpatur.
43. **CITRUS** (*decumana*) petiolis alatis, foliis obtusis emarginatis. LINN.  
*Iyrock Pumpelmus* Malayorum.  
 Fructus orbiculatus, fere capitis humani magnitudine, extrinsecus viridi-luteus, intrinsecus incarnatus; Submaturus valde ama-





amarus, ingratus; Maturus acido et dulci admodum feliciter mixtus, sapore vini non abfimilis, refrigerans, innocuus, stomachicus, et praestantissimum antiscorbuticum; Cortex crassus, acer, dat oleum, quod oleo aurantium non est abfimile.

Variat etiam Pulpa albida, quae dulcior.

44. CITRUS (*Aurantium, sinensis.*)

*Jyrock Tjina* Malayorum.

Fructus orbicularis, depresso, magnitudine vix *C. Medicae*; Epidermis fere inodora colore aurantio; Cortex facile a pulpa separatur, amarus, ingratus; Pulpa fucosissima, dulci-acidula, gratissima, refrigerans, antiscorbutica, cupidissime desideratur ab Incolis et Europaeis.

*Obs.* Rarissime colitur in Java, advehitur e Sina in Bataviam navibus Sinenfibus *Junkare* vocatis, ideoque certis anni temporibus admodum rarus est. A Citro *Aurantio* Sinenfi  $\beta$  LINNEI, diversissimus.

45. CITRUS (*Aurantium*) petiolis alatis, foliis acuminatis. LINN.

*Jyrock Manis* Malayorum.

Fructus facie et colore nostrorum; Epidermis aromatica; Pulpa dulcis, vix aescens, suavissima, valde refrigerans, antiscorbutica, in culinis quotidie usurpatur ab Incolis.

Praeterea Javani quatuor alias species Citri distinguunt suis nominibus:



46. *Jyroch Tipis*: Fructus suborbicularis, parvus, viridis; Epidermis inodora, acerrima; Cortex amarissimus; Pulpa acidissima; Crudus non editur. In praeparatione cibi, et potus, qui *Pounsch* vocatur, usitatissimus.

47. *Jyroch Assam*,

48. *Jyroch Rotti*,

49. *Jyroch Purut*: Fructus minimi, quibus ut praecedenti utuntur Javani et Sinenses.

50. DURIO (*Zibethinus*) LINN. *Syst.* Edit. XIV. (MURRAY.)

*Duracina* Durio. LINN. *Diff. Fructus esculenti* pag. 10. Fr. 41.

*Durin* Malayorum.

Fructus subrotundus, magnitudine C. *Melonis* maximi, lateritius: *aculeis* (unde nomen *Dur*) viridibus, subconicis, basi quadrangulis. Pulpa albida, gelatinosa, dulcis, graveolens, calefaciens, confortans, aphrodisiaca, quinquelocularis; Singuli loculi iterum in quinque loculamenta separantur, suum quaeque semen habentia plerumque; Odor insuetis Europaeis teterrimus; Fructus admodum carus est, editur non sine magna voluptate a divitibus incolis, imprimis a mulieribus.

51. STILAGO (*Bunius*) LINN.

*Katta Kutti* seu *Buni* Malayorum.

Fructus globosus, magnitudine Pruni *Cerasi*: (in eodem racemo sparsim inveniri possunt drupae flavicantes, rubescentes, coccineae

neae et nigrae) sapore dulci, acidulo, grato, salubris. Semen unicum, rotundum, flavescens.

52. **ARTOCARPUS** (*integrifolia*) foliis integris. LINN.  
*Nanka* Malayorum.

Fructus ovatus, muricatus, maximus in tota India, variat a magnitudine *C. Melonis* usque ad molem vix a duobus viris portandam. Pulpae caro flavicans, dulcis, neque Javanis, nec Europaeis, placet, polysperma. Nuclei extus brunnei, intus albidi, castaneae magnitudinis, quibus Javani Theae infusum bibentes vescuntur et valde excitant appetitum.

53. **ARTOCARPUS** (*incisa*) foliis incisis. LINN.  
*Tjampadak* Malayorum.

Fructus magnitudine *C. Melonis*: Pulpa subdulcis: ab Indis crudus editur.

Artocarpi Species esse videntur:

54. *Timbul*, Fructus forma similis antecedenti: Sapore acerbo, fatuo. Nuclei cocti a Javanis eduntur.

55. *Bindah* seu *Bendah*.

Fructus globosus, parum minor capite humano, tomentosus, fulvus; Pulpa pluribus loculamentis divisa, coloris varii, Caro aurantia tantum editur, dulce sapit ut mel: vi calefaciente praedita est; Unum quodque loculamentum suum habet nucleum, parvum, rotundum, album.

56. **ZEA** (*Mays*) LINN.

Fru-



- Fructus: Semina oblonga, magnitudine Pisi, flavicantia, sicca, farinacea, obstipantia, receptaculo spiciforme; Spica in prunis affatur, dum semina decerpuntur ac eduntur a Javanis et macipiis.
57. **NEPHELIUM** (*lappaceum*) LINN.  
*Rambutang* Malayorum.  
 Fructus figura et magnitudine Pruni *domesticae*, purpureus, pilosus; Cortex cartilagineus; Pulpa alba, gelatinosa, aquosa, acidulodulcis, gratissima; Sapor Ribis *uas crispae* ast magis gratus. Nucleus solitarius, pallide flavus.  
 In Java adhuc duae varietates inveniuntur:
58. *Rambutang Putti*, Fructus pilosus, albus, acidulodulcis.
59. *Rambutang Atji* seu *Pirdi*, Fr. tuberculis loco pilorum: sapore antecedentium; Petiitur ab Europaeis, salubris est etiam aegris.
60. **MOMORDICA** (*Charantia*) pomis angulatis tuberculatis, foliis villosis longitudinaliter palmatis. LINN.  
*Papare Utang* Malayorum.  
 Fructus tuberofo-pyriformis, magnitudine *C. Melonis*, angulatus, tuberculatus, aurantius: feminibus nigris; Sapor valde amarus, ut non edi queat fructus.
61. **CUCURBITA** (*lagenaria*) foliis subangulatis tomentosis basi subtus biglandulosis, pomis lignosis. LINN.  
*Kalabass* Malayorum.

Fructus



Fructus oblongus, figura etiam alia irregulari variat, saepeque in longitudinem duorum pedum excrescit; Cortex luteo-virescens, ligneus; Caro albida; Diu incorruptus conservatur, ideoque victui in itineribus nauticis inservit; Crudus raro editur ab incolis, coctus autem in jusculo saepius, ubi saporem praebet gratum, et virtutem antiscorbuticam. Ex cortice varia vasa et pocula conficiuntur.

62. CUCURBITA (*Pepo*) foliis lobatis, pomis laevibus. LINN.

*Labu* Malayorum.


Fructus sub-rotundus, laevis, adhibetur ut antecedens, quem sapore grato superat.

63. CUCURBITA (*Citrullus*) foliis multipartitis. LINN.  
*Samanka* seu *Pateka* Malayorum.

Fructus oblongus, magnitudine fere *C. Melonis*, nigro virescens: pulpa aurantia, aquosa, dulci, humectante, refrigerante, antiscorbutica, saluberrima; Recens hic conservatur per plures menses, ideoque admodum utilis, qui asservetur in itinera nautica; Semina plurima oblonga, nigra, refrigerantia.

64. CUCURBITA (*acutangula*). foliis rotundato-angulatis, pomis acutangulis.

Fructus globosus, virescens, magnitudine capitis humani: angulis longitudinalibus, acutis, sulcisque profundis; Pulpa rubra, antiscorbutica, in jusculis usurpatur cocta



- et sapit tamquam radix Dauei *Carotæ*. Per quatuor eundem menses in itinere nautico egomet conservavi. Semina sunt nigra.
65. CUCUMIS (*Melo*) foliorum angulis rotundatis, pomis torulosis. LINN.  
*Boa Melon*, Malayorum.  
 Fructus oblongus, magnitudine nostrorum, extus viridis, intus pallide ruber, duos vel tres annos, postquam per femina huc transpositus est, grate sapit, dein vero saporem gratum fere amittit.
66. CANARIUM (*commune*) LINN.  
*Kanari* seu *Naniri* Malayorum.  
 Fructus: Nux subovalis, magnitudine Pruni *domesticae*, nigro-virescens, durissima, duae tresve in uno racemo; Nuclei tres, duriusculi: figura, colore saporeque fere Amygdali *communis*; Praestans ex eo oleum exprimitur; Circa moenia Bataviae in altissimis arboribus crescit.
67. CARICA (*Papaya*) foliorum lobis sinuatis. LINN.  
*Papaija* Malayorum.  
 Fructus oblongus, viridi-luteus, effigie *C. Melonis* minimi; Pulpa miniata, saporem habet *C. Melonis*, sed magis est farinacea, continens semina plurima, quae a Medicis ordinantur, scorbuticis etiam diuretica sunt ac antihysterica. Ex pulpa cum croco et pane mixta praeparatur cataplasma, quod admodum utile est in colica, et abdomini imponitur.
68. Pa-

Hujus tres varietates Indi distingvunt:

68. *Papaija Gantong*; Fructus petiolo longioro; saporem praebet Pruni *Armeniaca*.
69. *Papaija Kalappa*; Fructus sessilis: sapore parum grato.
70. *Papaija Utang: sylvestris*. Fructus ad longitudinem trium pedum excrescit, et non comeditur.
71. MUSA (*paradisifaca*) spadice nutante, floribus masculis persistentibus. LINN.

*Pifang* Malayorum.

Fructus oblongus, figura digiti, parum curvus, subangulatus, flavus, farinosus, dulcis, absque masticatione in ore liquefcit, nutritiens.

In Iava plus quam viginti hujus varietates inveniuntur, quae diverso nomine ab Incolis nuncupantur:

72. *Pifang Radja*; Fructus optimus et minimus omnium, nomen a *Radja*: Rex.
73. *Pifang Mas*; Fructus gratissimus, nomen *Mas*: Aurum, coloris causa.
74. *Pifang Medji*; Fructus grato sapore praecedentibus non multum cedit.
75. *Pifang Ambu*; Fructus inter optimos aestimatur. Hi (72-75) saluberrimi aestimantur, valde nutritientes, facillime digeruntur, ut illis infantes teneri et mammalia sine lacte ali queant.
76. *Pifang Battu*; Fructus unicus, qui semina habet, vnde nomen; *Battu*: lapis; Vix comeditur crudus, quemadmodum reliqui hic non nominati, qui lignei sunt, et coquantur in vino rubro, vel assantur



cum butyro, seu oleo nucis Cocos, et tunc sapiunt instar placentaë saccharatæ. Cortice fructus utuntur Indi vulnerati ad sangvinem sistendum, labiaque vulnerum unienda et sananda.

77. **TERMINALIA** (*Catappa*) foliis obovatis subtus tomentosis. LINN.

*Kattappan* Malayorum.

Fructus: Nux oblonga, utrinque subacuta, extus olivacea, intus cana: nucleo lurido, sapore Camirii, Incolis fere neglectus.

78. **COCOS** (*nucifera*) inermis, frondibus pinnatis: foliolis replicatis ensiformibus. LINN.

*Kalappa* Malayorum.

Fructus: Nux maxima, angulato-ovalis, fusca. Cortex nucis filamentosus, sole exsiccatus ut fomes ab Indis usurpatur. Ex drupa pocula, lagenas et varia utensilia conficiunt. Epidermis nuclei amara, acerrima, aëthmatica. Nucleus albus, ejusdem fere substantiæ et saporis, ac Coryli *Avellanae*, sed ficior, durior, aliquantulum fastidium movens, nutriens, roborans, adstringens, antihelmincticus, suppeditat oleum, quod recens adhibetur ad cibum, cito vero rancescit, et tunc in lampadibus ad lucendum consumitur; Mulieres Indicae capillos hoc oleo linunt, ut longiores crescant; Etiam adhibetur ad colorem nitidum *cannis hispanicis* impertiendum, sub et post ipsam super ignem calefactio-





tionem. Cavitas nucis continet circiter libras duas aquae, dulcis, tamquam succus Betulae *albae*, pinguis, sitim restinguentis, calefacientis, laxantis, et antiscorbuticae, quae cito acescit in aëre, ac aliter, quam in nuce ipsa, vix conservatur; Diluitur Vino, Arrack, aut Spiritu Vini et tunc salubrior habetur Europaeis.

79. ARECA (*Cathecua*) frondibus pinnatis: foliolis replicatis oppositis praemorsis. LINN.

*Pinang* seu *Arek* Malayorum.

Fructus: Nux ovalis, subangulata; Nucleus magnitudine fructus Pruni *domesticae*, extus fuscus, intus fuscus gyris cinereis, aromaticus, adstringens, confortans, cupidissime manducatur continuo cum Calce, et Sirri a viris, feminis infantibusque, per totam Indiam orientalem.

*Obs.* Radices tenerae potui Arrack, qui ex Oryza et Syrupio fermentationis ac destillationis ope paratus, fortioris saporis reddendo inserviunt.

\* \*

\* \* \*

\* \*

80. CAMIRIUM. RUMPH. *Herb. Amb. T. II. p. 180. t. 58.*

*Kamiri* Malayorum.

Fructus: Nux facie Canarii *communis*, sed duplo major, nigra, saepissime bisperma, quae cruda vix editur. Ex illa oleum exprimitur, quod in Arundine Bambos filis Gossypinis ad faces lucentes adhibetur a Iavanis; Inservit etiam ad varios vernices parandos.



81. *LANSIUM*. RUMPH. *Herb. Amb. T. I. p. 151. t. 54.*  
*Boa Lansat* Malayorum.

Fructus globosus, luteus, magnitudine Pruni *Cerasi*; Pulpa alba, succulentissima, acidula, grata, similis quodammodo *Vitis viniferae*: feminibus 4 vel 5, viridibus, amaris. Datur edendus in febribus ardentibus.

Iavani tres varietates hujus fructus distinguunt:

82. *Boa Duko* &

83. *Boa Bigitang*, qui gratiores et cariores, quam *Lansat*.

84. *Boa Minting*; Fructus forma et magnitudine fructus *Oleae Europææ*, flavicans, ut plurimum monospermus; Sapit omnino ut *Lansat*.

85. *Gandaria* seu *Rumenia* Malayorum.

Fructus subrotundus, magnitudine Pruni *domesticae*, viridescens; Pulpa acidulo-dulcis, nucleo valde adhaeret. Crudus vix editur, sed immaturus aceto conditus usurpatur, quando carnibus vesci volunt *Europææ*, et saporem habet fructus *Oleae Europææ*, at magis acidum.

86. *Boa Gohok* Malayorum.

Fructus forma et magnitudine Pruni *Cerasi*, extus niger, intus albidus, succosissimus, gratus (plures in eodem racemo).

87. *Boa Mundu* Malayorum.

Fructus ovalis, magnitudine vix Citri *Medicæ*, fulvus. Pulpæ tres diversæ carnes intra se invicem positæ; Caro extrema flavi-

flavicans, acidula; Media aurantia, dulcis; Intima dulcissima: nucleo oblongo, fusco. Fructus Indi vescuntur.

88. *Traté* Malayorum.

Fructus globosus, magnitudine Citri *Medicæ*, brunneus; Pulpa viridescens, non editur, sed venenatus esse creditur; Nuclei vero, extrinsecus virides, intrinsecus albidi, magnitudine fructus Oleæ *Europææ*, eduntur, et qua saporem proxime accedunt ad nuces Coryli *Avellanae*.

89. *Kalack* Malayorum.

Fructus: Bacca oblonga, teretiufcula, umbellatim disposita, (12 vel 14 in quavis umbella) extrinsecus ruber, subpilosa, intrinsecus, caerulefcens, saporem grate amarescentem relinquit, omnino ut nuclei Amygdali *persicae*, melancholicis proficus. Semina in qualibet bacca 22 vel 24, oblonga.

90. *Boa Sauw* seu *Sauwo* Malayorum.

Fructus: Bacca forma et magnitudine Pruni *domesticae*, rufa. Pulpa pallide-flava, farinacea, dulcis sine minima aciditate, nutriens, loculamentis 6 vel 7, quorum unumquodque suum semen continet. Ab Indis libenter editur.

A

MONSIEUR

CLAUDE FR. HORNSTEDT,

CAND. EN MEDEC. MEMBRE DE L'ACADÉMIE DES SCIENCES  
DE L'INDE ORIENTALE ÉTABLIE EN BATAVIA.

Comment pourrois - je bien passer sous silence le moment, où un ami est à la veille de remplir ses vœux. Mon coeur dicte, ma plume obéit et je connois trop la bonté de votre coeur, pour douter, que vous me refusiez la faveur d'accepter cette offre comme la preuve ir-révocable d'une amitié sans égale. M'intéresser vivement à tout ce qui vous arrive de bon, c'est la seule marque que je puisse vous donner du respêt que je porte à votre vertu et au mérite, que vous vous êtes acquis par vos traveaux, et par les voyages, que vous avez faits pour augmenter le bonheur public par les recherches des simples, utiles à la Santé des individus qui composent la société. Recevez les assurances et renouvellement de mes civilités toujours pleines d'estime pour votre mérite personnelle. Allez orner le parnasse, où Apollon est prêt d'affermir la memoire de vos beaux essais, et d'augmenter votre gloire. Je vous en félicite, et je souhaite que vos affaires prosperent de plus en plus. Ne cessez jamais d'aimer celui, qui fera toute sa vie

MONSIEUR,

*Greifswalde*

*le 31. Août. 1786.*

Votre trèshumble serviteur  
et sincere Ami

SAMÜEL GEORGE MURSCHWIG.



# T H E S E S.

---

1.

**F**ructus sunt maxime naturalis et utilissimus hominum cibus.

2.

Esus carniū per consuetudinem hominibus minus noxius factus esse videtur et in frigidis regionibus tanto communior, quanto hiemes longiores, ut cogantur incolae majorem copiam alimentorum sibi comparare.

3.

Vinum rubrum in calidis regionibus optimum ab Europaeis habetur medicamentum.

4.

Climata frigida incolas plurimos reddunt vigilantes, hilares et alacres, calida vero pigros, hebetes et moestos, ut tamen aliquid dandum sit siccitati, vel humiditati aëris.

---

W H E R E

The first part of the book is devoted to a general survey of the subject.

The second part of the book is devoted to a detailed examination of the various aspects of the subject.

The third part of the book is devoted to a discussion of the various methods of research.

The fourth part of the book is devoted to a summary of the results of the research.









